Sala R
Gab.
Est.
Tab. 21
N.º 8

R
21
8

# ENARRATIONES IN COLLECTANEA PRIMI LIBRI MAGISTRI SENTENTIARVM.

AVTHORE.
F. Franciſco à Chriſto Luſitano, Ordinis & inſtituti Eremſtarum Diui Auguſtini, Doctore Conimbricenſi, & in eadem Academia Veſperario ſacræ Theologiæ prælectore.



BIBLIOTHECA DA UNIVERSIDADE 37009 COIMBRA
LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

CONIMBRICÆ.
Typis Antonij à Mariz, Typogr. & Bibliopolæ Vniuerſitatis.
Anno. M.D.LXXIX.
¶ *Cum licentia ſupremi & generalis Officij ſanctæ Inquiſitionis, & Ordinarij.*
Taxado a rês em papel.

EGO F. Antonius a S. Dominico Conimbricẽſis Academiæ Theologus Primarius perlegi, iuſſu Sereniſsimi principis Henrici, S. R. E. Cardinalis, & ſupremi in Regno Luſitaniæ tunc inquiſitoris, nunc autem eiuſdem Regni, ſumma Dei gratia, Regis glorioſiſsimi, & inuictiſsimi, hos in primum librum Sententiarum ab eruditiſsimo patre F. Franciſco a Chriſto Auguſtiniano conſcriptos commentarios, & prȩterquam quod nihil in eis repererim, quod eſſet a Sanctæ fidei noſtræ decretis alienum, & patrum doctrinæ diſſonum, aut certe piarum aurium offenſiuum, ſummam etiam eruditionem, egregiamque, ſumma cũ claritate, & ſubtilitate, rerũque diſtinctione, & diſpoſitione coniunctam, doctrinam deprehendi, non ſolum veterum doctrinæ æquiparandam, verum etiam in multis anteferẽdam. Quocirca digniſsimos hos commentarios iudicaui, qui in publicum æderentur, vtpote ex quibus & Theologia ſcholaſtica ſplendoris multum, & incrementi, & ipſa Theologorum ſchola multum adiumenti, & vtilitatis eſſet præceptura. In cuius noſtri iudicij, & teſtimonij fidem ſubſcripſi. XVI. die menſis Auguſti. 1575.

F. Antonius de S. Dominico.

POdéſe imprimir viſta a informaçam, & hum dos nouamẽte impreſſos torne a eſta meſa cõ o original pera ſe ver ſe concorda, antes de correrem. E eſte deſpacho ſe imprimira no principio com a dita informaçam. En Lixboa, a xx. de Maio de 1578. Manoel Antunez ſecretario do conſelho geral o fez.

Manoel de Coadros. Paulo Affonſo.

Dom Miguel de Caſtro. Antonio Tellez.

EGo Frater Sebaſtianus Tuſcanus in ſacra Theologia Magiſter, & familiæ Auguſtinianæ in Regno Luſitaniæ Prior Prouincialis indignus facio poteſtatem doctiſsimo, ac religioſiſsimo Patri F. Franciſco a Chriſto Collegij noſtri Conimbricẽſis Regẽti, & ſacræ theologiæ in inclyta Conimbricẽſi Academia Veſperario profeſſori ſuos in primum librum Sententiarum commentarios vulgandi, & typis excudendi, vtpote ex quibus intelligam, & ornamentum, ac ſplendorem acceſſurum, & ad ſcholares theologos plurimum vtilitatis, & adiumenti eſſe venturum. Datum Olyſippone xxvj. die Maij. 1578.

F. Sebaſtianus Tuſcanus, Prouincialis indignus.

# ILLVSTRISSIMO DOMINO, ET AMPLISSIMO PATRI GASPARI CASSALEO, EPISCOPO CONIMBRIENSI, ET COMITI ARGANILEO. F. FRANCISCVS A CHRISTO THEOLOGVS

S. P. D.

MEOS in primum Collectaneorũ Magiſtri librũ, in gratiã auditorum meorum, & conſcriptos, & typis mandatos commentarios, tibi dicare, pater ampliſsime, multis de cauſis cõſtitui. Primum, vt noſtrã amicitiã, meamq; perpetuã in te obſeruãtiam ſempiterno hoc monumento teſtatã redderem, vt enim ego te tanquã patrẽ ſemper colui, ita ipſe me viciſsim tanquã filium, & ſingulari beneuolentia cõplexus, & multis es beneficijs proſecutus. Deinde quia noſtras illas de rebus theologicis, ijſque in vniuerſa theologia difficillimis, & ab hominũ ſenſu remotiſsimis cõmentationes, nulli alteri aptius, & iuſtius offerri & conſecrari debere exiſtimauerim, quã tibi, homini & in rerũ theologicarũ peruestigatiõe multum, diuq; verſato, & omniũ, noſtræ memoriæ, theologorũ doctiſsimo. Teſtes ſunt huius mei de tua eruditione iudicij libri à te de rebus theologicis doctiſsime, & grauiſsime cõſcripti, teſtes tuæ illæ in ſacro Concil. Trid. cui affuiſti, diffinitiones eruditiſsimæ, ſumma patrũ admiratione, ſummoq; applauſu exceptæ, quibus es conſecutus, vt omniũ, qui ex toto orbe ad ſacrũ illud Conciliũ conuenerũt, & Epiſcoporũ, & literatorũ hominũ ſis habitus cum literatiſsimus, tum diſertiſſimus. Poſtremo ad hoc me tua dignitas, & amplitudo vehemẽter impluit. Videbã enim fore, vt cõmentarij hi noſtri, & ex nominis tui amplitudine dignitatem, ac ſplendorẽ, & ex authoritate tua grauiſsima præſidiũ, contra aduerſariorũ calũnias conſequerẽtur. Haud enim erã neſcius, peruulgatis noſtris hiſce in primum librũ Sent. commentarijs, quantis, & quã varijs me hominũ iudicijs obijcerẽ, quorũ alij meã operã, tanquam ſuperuacaneã, eſſent aſpernaturi, & improbaturi, alij vero tanquã maxime neceſſariã cõprobaturi, & amplexaturi. Et merito quidẽ certe. Nã præterquã quod veterũ ſcriptis multa, vel ab ipſis prætermiſſa, vel certe nõ inuẽta adiunxerimus, certe rẽ totã cum accurata rerũ tractatione, tum earundẽ aptiſsima diſpoſitione, & clariſsima diſtinctione, ſic illuſtrauimus, vt ſi veteribus ſcriptoribus debitã laudẽ minus præripuerimus, certe multũ illis lucis, & ſplendoris attulerimus. Sed aliorũ iudicia nõ curo, ſatis ſuperq; mihi eſt, me, meaq; omnia tuo, pater ampliſsime, grauiſsimo iudicio cõprobari, cuius & ad inueniendũ acies ingenij præſtantiſsima, & ad iudicandũ de re quauis vis animi acerrima omnibus eſt cognita, atque comperta. Vale.

*sub Pio 4. Pont. Max.*

DE-

# DECLAMATIO HABITA IN MAGNO GYMNASIO, AD THEOLOgiæ auditores, pro exordio prælectionum, ſiue enarrationum primi libri Sententiarum.

NON poſſum non vehementer laudare, Auditores humaniſſimi, & viri ornatiſſimi florentiſſimæ huius Academiæ noſtræ inſtitutum, quo decretũ eſt, vt qui recentẽ aliquã prælectionem exordirentur, publicã in conceſſu patrũ, atq; adeo eruditorũ omnium conuentu orationẽ haberent, qua & ſuam operã, & prælectionem ipſam auditoribus cõmmendarent, vt operæ quidem, ac diligentiæ cõmendatione beneuolentiã, rerum vero, quæ ad enarrandũ, ac tractandum ſuſciperentur, expoſitione docilitatẽ ſibi auditorum cõpararent. Quo circa cũ ego veſtro omnium, viri ornatiſſimi iudicio, ac ſuffragio primũ librum Sententiarum ad explicandũ, & enarrandum ſuſceperim: nõ putaui mihi eſſe a veteri Academiæ inſtituto diſcedendum, imo vero huiuſce meæ prælectionis initio ea mihi exponenda omnia eſſe exiſtimaui, quæ de more prælectores præfari conſueuerunt.

Principio igitur, quod ad eas res attinet, in quarũ tractatione operã hoc anno ſumus, Deo adiuuante, poſituri, perſuaſum illud vobis eſſe volo, eſſe earũ rerum tantã grauitatẽ, tantamq; cũ obſcuritate coniunctã maieſtatẽ, vt in his explicãdis nõ humanum, ſed diuinum prope ingeniũ requiratur. Etenim primus hic Collectaneorum Magiſtri liber, quem de veſtro iudicio, & de grauiſſimi conſilij authoritate, ad explicandũ ſuſcepimus, explicationẽ continet diuinæ illius, ſummæ, principiſq; naturæ, quã Græci ἄφατον, ἀκατάλλειπτον, καὶ ἀπρόσιτον appellauerunt, hoc eſt, naturam, quæ neq; oratione declarari, neq; animo & cogitatione cõprehẽdi, neq; vi vlla ingenij poſſit attingi. Cui rei illa Simonidis veteris philoſophi grauiſſima ſentẽtia fidẽ facit, qui cũ ab Hierone tyranno quid, qualiſue eſſe Deus foret interrogatus, deliberãdi cauſa ſibi diẽ poſtulauit, cumq; eadẽ de re poſtridie eſſet inquiſitus, biduũ petiuit, cũ vero dierũ numerũ ſæpius duplicaret, admiratus Hiero quæſiſſe fertur, cur ita faceret, Quia, inquit, quãto diutius cogito, tanto res videtur obſcurior. Digna profecto homine philoſopho, & viro doctiſſimo ſentẽtia. Quẽadmodũ enim oculorũ acies in ſole defixa radiantis lucis ſplẽdore præſtringitur, ita humani acies ingenij in incorporeã illã ſummi Numinis lucẽ intenta, immenſæ lucis ſplendoribus obruitur. Quo effectũ eſt, vt diuinus ſapiens dixerit, qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Hanc porro diuinæ naturæ ἀκαταλλειψίαν, hoc eſt, præ ſui magnitudine, & immẽſitate incõpreſibilitatẽ, ea Deus caligine ſignificatã hominibus eſſe voluit, qua olim circunfuſus cũ Moſa Hæbraicæ gentis principe, atq; adeo cũ populo colloquebatur. Quocirca in tenebris delituiſſe idẽ ſummus, ac præpotens Deus ab eximio vate Dauide, & in nebula ſedẽ domicilij collocaſſe a Solomone eiuſdẽ filio ſapientiſſimo dicitur. Quãuis aũt diuina natura ſit eiuſmodi ad quã penetrare nulla vis ingenij poſſit, inhabiteq;, authore D. Paulo, lucem, ad quã nullus hominũ adire queat, quanq; nullus eſt vnquã hominũ contẽplatus, ſed neq;

contueri

*cõtueri humanis oculis poßit, nõ tamẽ eſt paſſa mortales omnino in ſui ignoratione verſari,
ſed partim impreßis in natura veſtigijs, partim ſanctarũ literarũ monumẽtis ſeſe agnoſcẽ
dũ hominibus præbuit. Etenim diuinitatis cognoſcẽdæ duplex eſt ratio, vna quæ inueſtiga
tione naturæ, altera vero quæ reuelatione diuina, & patefactione cõtinetur. Illa prior ra-
tio libro naturæ, hæc vero poſterior libro ſcripturæ eſt hominibus diuino numere tradita.
Ac quod ad librũ naturæ attinet: vniuerſus hic mundus, quaſi diuinus quidã liber eſt, quo
veluti monumẽto ſempiterno ſummus ille, ac præpotẽs Deus diuinitatis notionẽ conſigna
uit. Nãq; mundi huius admirabilis pulchritudo, partiũ eius ſingularũ decẽtißima cõpoſitio,
ordo, & collocãtio, rerũq; tã multarũ pulchra, & admirãda varietas, quid aliud quæſo præ
dicant? quid aliud loquuntur, quã eſſe quiddã præſtãtißimæ mẽtis numẽ ſumma pulchritu
dine vi infinita, & immẽſa maieſtate præditũ, à quo ſunt omnia potẽtißime fabricata, à
quoue eodẽ ſapientißime adminiſtrãtur? Hũc nobis librũ eſſe diuinitus ad legendũ propoſitũ
Rom.1. diuinus Apoſtolus his verbis cõfirmat. Inuiſibilia Dei a creatione mũdi, ex ijs quæ fa-
cta ſunt intellecta cõſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas. Cũ igitur opti
mus ille, ac beneficentißimus Deus rerũ vniuerſitatẽ initio ad intuendũ hominibus propo
ſuiſſet, quæ eoſdẽ, ad rerũ quæ non cernũtur oculis, cognitionẽ admirabilitate ſui perduceret,
adiũxit poſtea ſacrã ſcripturã, quæ nobis certiorẽ, vberioremq; diuinitatis, rerũq; earũ, quæ
ad ſempiternã ſalutẽ pertinẽt, cognitionẽ traderet. Ad quã diuinarũ rerũ cognoſcendarum
rationẽ pertinẽt illa Danielis verba, Eſt Deus in cœlis reuelãs miſteria. Etenim hæc ra
tio vniuerſa reuelatione diuina, & traditione cõtinetur. Vtroq; tamẽ genere Deus non tã
ſeſe hominibus cognoſcendũ & intelligendũ præbuit: quã põt ipſe intelligi, atq; cognoſci, hoc
ſiquidem cognitionis genus ſoli Deo cõuenit, qui cũ infinitus ſit, ſe ipſe ſolus omnino cognitũ,
ac comprehenſum habet, ſed tantam ſui cognitionem hominibus impertiuit, quantam ca
pere creata natura potuit, quæ cum finita vi cognoſcendi, & intelligendi ſit, finitæ quo-
que cognitionis eſt particeps.*

*In huius igitur admirabilis, incõprehẽſibilis, & inenodabilis naturæ, quæ Deus eſt vni
uerſa quæ primo collectaneorũ libro cõtinetur, inſtitutio, & diſputatio conſumitur: partim
ex diuinis literis deprõptis teſtimonijs, partim ex intima natura petitis ratiõibus, & argu
mẽtis. Principio igitur doctißimus Magiſter finẽ nobis ante oculos extremũ proponit, ad
quẽ ſunt oẽs hõinũ actiones, & vitæ cõſilia referẽda, quiq; ſit cũ intimis animi medullis cõ
plectendus, tum rebus cunctis anteferendus. Quem eundem rerũ omniũ expetendarũ fi
nem, Deũ eſſe ſtatuit, quo ſolo fruendũ, cuiq; mente, & corde inhærẽdum eſt.*

*Deinde quid, qualiſue ſit Deus, pro captu ingenij, expoſiturus reconditũ illud, & arca-
num, ipſiq; naturæ ignotum nobis aperit diuinæ vnitatis, & trinitatis ſacramentum, docẽs
Deũ, quẽ colimus, & veneramur, eſſe vnũ eſſentia, trinum perſonis, quarũ cũ ſumma ſit,
& perfecta in natura, & in illis omnibus, quæ naturã attingunt, cõſpiratio, atq; cõſenſio,
perſonarũ tamen proprietatibus ita diſtinguntur, vt vna minime ſit altera perſona. Has
porro diuinas admirandaſq; perſonas, ſic inter ſe affectas eſſe docet, vt pater à nullo ſit, ſed
ipſe potius principiũ, fons, & origo totius ſit diuinitatis, vtpote cui Filius & Spũs ſanctus,
diuinitatẽ acceptã referãt, Filius quidẽ, generatione ineffabili, Spiritus vero ſanctus admi
rabili proceßione, ac filius quidẽ à patre ſolo, Spũs aũt ſanctus a patre, & filio ducit originẽ.*

*Ex*

Ex quo iã efficitur, ut propria diuini patris nota, quã a cæteris perſonis internoſcitur, ſit illa, quæ à Græcis dicitur ἀγενεσία: filij, ortus, & generatio, ſpũs uero ſancti, proceßio, atq; ſpiratio. Sunt præterea nũcupationes aliæ, quæ tametſi uni perſonæ ſint cũ altera cõmunes, ut potẽtia, ſapientia, bonitas, certis tamen perſonis iuſtißimis de cauſis aßignantur, potentia quidem patri, ſapientia filio, bonitas autem attribuitur ſpiritui ſancto.

Sub hæc docet has treis admirãdas, omniq; cultu, & ueneratione dignißimas perſonas, tametſi ortu, & origine inter ſe diſtinguãtur, eſſe tamen inter ſe coæquales & coæternas, ita ſ. ut neq; maius aliquid ſit pater, quã filius, aut pater & filius quã ſpũs ſanctus, aut una omnino quã altera, aut duæ, quã tres, ut quæ ſint, quẽadmodũ Græci loquũtur, ὁμοούσιαι, hoc eſt, ut quarũ una ſit uis, unaq; ſubſtãtia. In his præterea admirãdis perſonis ut ordo reperiatur aliquis, nulla tamẽ antceßio. Sic enim una perſona alteri eſſentiam acceptam refert, ut illa interim non antecedat, aut antecellat: id quod uis nulla mentis aſſequi, percipereue poteſt.

Ad poſtremũ docet, hũc unũ, trinũq; Deũ eſſe infinita ui, ac poteſtate præditũ, cũcta ſciẽtia, & intelligentia cõplectentẽ, cũtisq; rebus ſumma bonitate, & ſapiẽtia incredibili cõſulentẽ, omniaq; demũ ſuapte eſſentia admirabiliter cõplentẽ. Qui cũ ſe ſolo contẽtus ſit, ſitq; ſuis ipſe opibus beatus, neq; aliquid aliud uel ad uoluptatẽ, uel ad gloriã, uel ad copiã requirat, quoſdã tamẽ ex æternitate ex uniuerſo hominũ cætu, ac multitudine delegit, quibuſcũ haſce gloriæ, & beatitudinis ſuæ diuitias cõmunicaret, quos literæ ſanctæ prædeſtinatos, & electos appellant, cũ interim ſint alij, qui ſeſe deprauatißimæ uitæ merito, hac ſumma gloria, & uoluptate, ac deniq; beatitudine ipſi defraudarũt, qui idẽ in literis ſanctis reprobi, ac filij perditionis, & geenæ nuncupãtur. Hæc fere ſunt, quæ primo Collectaneorũ libro à Magiſtro ſumma eruditiõe, miroq; artificio trrctãtur, ab ſchaloſticis uero ſacræ theologiæ tractationibus ſummo ingenio explicãtur.

Hæc auditores humanißimi, & uiri ornatißimi, eſt noſtra ſapientia, & intellectus corã populis, ut dicitur Deut. 4. Hæc eſt illa ſapientia, quã eximius Apoſtolus Paulus de rebus diuinis cælitus edoctus, & pijßime profitebatur, & cõſtantißime prædicabat. Sapientiã, inquit, loquimur inter perfectos, ſapientiã inquã non huius ſeculi, quã principes huius ſeculi, ſiue dæmones, ſiue homines ingenio excellentes peruestigatione naturæ ſibi cõpararunt, ſed loquimur Dei ſapientiã, abditã illã quidẽ, & recõditã, quæ nullis alijs ab orbe condito patuit, niſi ijs quibus Deus patefactã eã, & recluſam eſſe uoluit. Hæc ſunt, illa myſteria, quæ neq; cernũtur oculis, neq percipiũtur auribus, neq; mẽte, & intelligẽtia cõprehẽduntur, nobis aũt reuelauit Deus per ſpũm ſuũ è cælo mißũ, in quẽ deſyderãt angeli proſpicere. Hinc primũ optimi, maximiq; Dei in hõines charitas elucet, qui non ſolũ hominibus ſeſe patefecerit, tanq; uarijs modis cognoſcendũ præbuerit: uerũ etiã nihil illis ſubtraxerit eorũ, quæ ualerẽt ad cõſequendã animi ſalutẽ ſempiternã. Illud præterea intelligitur, quãtopere hæc diſciplina, ſiue ſciẽtia, ſiue ſapiẽtia, quæ Theologia dicitur, cæteris omnibus ſciẽtijs antecellat, ſiue rẽ ſubiectã, ſiue raõnẽ docẽdi, ſiue deniq; finẽ eidẽ propoſitũ ſpectes. Ac res huic ſanctißimæ diſciplinæ ſubiecta, Deus eſt, omniũ effector, & moderator, qui tã rebus omnibus antecellit, quã cauſa effectis ipſis, & creator rebus creatis. Docendi uero ratio uniuerſa diuina auctoritate nititur, quæ cũ ſit ſumma ueritas, ſummã quoq;, ac certißimã, quæq; fallere nullo modo poßit, rebus ijs, quæ hac ſciẽtia tractantur, fidẽ adiũgit. Non agit hæc ſanctißima diſciplina argumẽtis humano ingenio inuẽtis, non rationibus exquiſitis, ad rẽ probandã accõmodatis, ſed diuinis oraculis & teſtimonijs, quæ ſola

diuina

diuinarū rerū tractandarū ratio, Theologica eſt. Finis porro huic ſanctißimæ ſcientiæ propoſitus, de multorū, eorūq; doctißimorū virorū, ſentētia, eſt ſummi numinis charitas, & dilectio. Huc.n. omnia, quæ diuinis literis tradūtur, pertinēt, vt ſtudio incēdamur ſanctißimi numinis, illique ſoli amore, & beneuolentia inhæreamus. Nam in hac cum Deo amoris, & beneuolentiæ coniunctione vniuerſa hominis beatitudo, & fœlicitas poſita eſt. O vere diuina, & ſanctißima diſciplina, tu mētes hōinū ſummi veri cognitiōe imbuis, & æternæ ſapiētiæ luce, ac ſplēdore cōples, tu ipſorū animos eiuſdē amore & ſtudio inflāmas, tu mentē errore liberas, tu deniq; diuinos efficis animos hōinū, & diuinitatis obſeruātißimos. Hāc igitur ſanctißimā diſciplinā amore, & ſtudio cōplectamur, ad eāq; per diſcendā non operā ſolū, & diligētiā adhibeamus: ſed intgros ēt, ac caſtos animos afferamus. Tales.n. hæc ſanctißima diſciplina, qui ſe colāt, requirit, quēadmodū diſertißimus Nazianzenus, 1. de theologia lib. his verbis docet quā grauißime. Nō omniū, inquit, eſt, diuinarū rerū ſtudiū capeſcere, neq; omnibus id ſtudij genus cōuenit. Nō ōniū quidē, quoniā illorū eſt dūtaxat qui pietatis ſtudio exculti ſunt, quiq; in diuinarū rerū cōmentatione progreſſus fecerūt: ac potißimū qui ſe mēte & corpore ab omni labe integros, purosq; cōſeruauerūt. Nanq; impuris mētibus nihilo fortaſſe ſecius periculoſum eſt in ſanctißimū numē intēdere, atq; lippiētibus oculis in ſolis radios intueri. His porro hoc genus ſtudij cōuenit, qui in eo ſibi magnopere elaborandū putauerunt, quiq; eodē plurimū delectātur. Nam homines otio, luxui, venationibus, equitationibus, & cantilenis deditos, hæc ſanctißima diſciplina a ſe repellit, abſterretq; quam longißime.

Ac priorē orationis noſtræ partē, quæ prælectionis noſtræ cōmēdationē cōtinebat, videmur abſoluiſſe, reliquū eſt vt poſteriorē, quæ operæ, & diligentiæ noſtræ cōmendationē cōplectitur, attingamus. Non ſum neſcius, auditores humanißimi, quā multa in eo requirātur, qui ſit probe, fœliciterq; præceptoris munere, & officio functurus. Principio nāq; illud poſtulatur, vt ſit eius artis, ſiue ſcētiæ quā ſit alijs traditurus peritißimus, deinde vt vi ad interpretandū valeat, quæ in eo poſita eſt, vt aperte, & dilucide rē quāq; explanet, ac ſuo quodq; loco tractet. Sit præterea accuratus, diligēs, ac diſertus, accuratus quidē in tractandis rebus, diſertus in ſeligēdis, plurimū vero in id genus ſtudij quod ſuſcepit, operæ, ac diligētiæ cōferat. Poſtremo eos, quos inſtituit, amore ſingulari, & beneuolētia proſequatur. Ego viri ornatißimi, tametſi nō is ſim, qui poßim omneis præceptorij muneris numeros explere, Nā quod ad eruditionē attinet, ſcio quā in me ſit, cū pro rerū quas ad tractandū, ac docendū ſuſcepimus, obſcuritate, grauitateq;, tū pro veſtro captu, & ingenio, exigua: nōnulla tamen ex ijs, quæ recēſuimus, me diligēter præſtaturum eſſe vobis, Deo opitulāte, recipio. Dabimus enim diligenter operā, vt quod ingenio, & eruditione cōſequi non poſſumus, opera, & diligentia cōpenſemus. Iā de meo erga vos amore, non eſt quod dubitetis. Nā etſi, qui vobis impenſa opera ſua proſint, habeatis fortaſſe plurimos, certe qui vos aut ardentius diligat, aut ſtudijs veſtris amplius conſultū velit, aut qui vobis operam ſuam diligentius nauet, habituri eſtis neminē. Tantū a vobis poſtulo auditores ſtudioſißimi, etſi
ita vultis, maiori etiam ſtudio contendo, vt qualicunque opera noſtra, quā
vobis paratißimam fore polliceor, lubentißime vtamini
ne cum vobis ego operam præſtare meam
enixißime ſtuderim, vobis ipſi
defuiſſe videamini.

# INDEX QVAESTIONVM OMNIVM, QVAE HIS IN PRIMVM Sententiarum librum Commentarijs tractantur.

IN PROLOGO MAGIſtri tractantur quęſtiones ſubſequentes.

1 VTrum Theologia ſit ſciẽtia.

2 Vtrum homini viatori poſsit diuinitus communicari cognitio abſtractiua euidẽs credibilium.

3 Vtrum habitus theologicus in viatore clariore aliquo lumine illuſtrato, ſit vere & proprie ſcientia.

4 Vtrum Deus ſit ſubiectum theologiæ.

5 Vtrum theologia ſit vna ſciẽtia.

6 Vtrum ſcientia ſit vna ſimplex qualitas.

7 Vtrum theologia ſit ſcientia practica, an ſpeculatiua.

8 Vtrum theologia ſit ſcientiæ Dei, & beatorũ ſubalternata.

9 Vtrum theologia cæteras ſibi ſcientias ſubalternet.

10 Vtrum theologia ſit communis, an ſpecialis ſcientia.

11 Vtrum præter ſcientias humano ingenio repertas, fuerit neceſſaria doctrina diuinitus reuelata.

## DISTINCTIO. I.

Diſtinctione prima, quæ de fruitione, & re fruibili eſt, hæ quæſtiones tractãtur.

1 Vtrum frui ſit actio volũtatis.

2 Vtrum fruitio formaliter importet amorem, an delectationem.

3 Vtrum fruitio ſit amor amicitiæ, an amor potius concupiſcentiæ.

4 Vtrum immediatum fruitionis obiectum ſit Deus.

5 Vtrum Deus amari poſsit amore concupiſcentiæ.

6 Vtrum comprehenſor poſsit beatifice frui eſſentia, non fruendo perſonis.

7 Vtrum comprehenſor poſsit beatifice frui vna perſona, cũ interim nõ fruatur alijs.

8 Vtrum viator poſsit frui eſsẽtia, non fruendo perſonis.

9 Vtrum fruens diuinis perſonis, vnica fruitione, an multis eiſdem fruatur.

10 Vtrum obiecto beatifico clare viſo poſsit voluntas creata non frui.

## DE VSV.

1 Vtrum vti ſit actus volũtatis.

2 Vtrũ rebus omnibus ſit vtendum.

## DISTINCTIO. II.

Diſtinctione ſecunda hæ quæſtiones tractantur.

1 Vtrum Deus ſit vnus.

2 Vtrum multæ in Deo repeciantur attributales perfectiones.

3 Vtrum attributales perfectiones ab eſſentia realiter, aut formaliter, aut ſola ratione diſtinguantur.

4 Vtrum variæ rationes, quas mẽs noſtra de Deo format, habeant fundamentũ in rẽ.

5 Vtrum multitudo rationum, quas de Deo format noſter intellectus, neceſſario ortum habeat ex reali diſtinctione, quæ cernitur in creaturis.

6 Vtrum Myſterium trinitatis poſsit homini naturaliter innoteſcere.

7 Vtrum aliqua ſuppoſitione facta, poſsit naturali ratione colligi Deum eſſe trinum & vnum.

## DISTINCTIO. III.

Diſtinctione tertiæ ſubſequentes quæſtiones explicantur.

1 Vtrum Deus ſit à nobis cognobilis in via.

2 Vtrum Deũ eſſe ſit per ſe notum.

3 Vtrum ex rebus creatis ſit euidenter cognobile, Deũ eſſe.

4 Vtrum in rebus creatis reperiatur ſacroſanctæ trinitatis veſtigium.

5 Vtrum partes imaginis, memoria ſcilicet intellectus, & voluntas reipſa inter ſe diſtinguantur.

## DISTINCTIO. IIII.

1 Vtrum in diuinis ſit generatio.

2 Vtrum nomina eſſentialia de perſonis vere dicantur.

3 Vtrum perſonalia de eſſentialibus vere dicantur.

### DISTINC. V.

1 Vtrum diuina eſſentia ſit formalis diuinæ generationis terminus.

2 Vtrum diuina eſſentia in diuina generatione modo aliquo ſubeat vicem materiæ.

### DISTINC. VI.

1 Vtrum pater filium genuerit, neceſsitate, an voluntate.

2 Vtrum pater genuit filium natura, an voluntate.

3 Vtrum ſpiritus ſanctus procedat vt ſimilis.

### DISTINC. VII.

1 Vtrum ſit vere, & realiter potentia reſpectu actuum notionalium?

2 Vtrum potentia generandi in diuinis ſit aliquid abſolutum, an relatum.

3 Vtrum potentia generandi ſit in filio.

### DISTINC. VIII.

1 Vtrum eſſe in rebus creatis diſtinguatur ab eſſentia.

2 Vtrum aliquod ens a primo ente ſit neceſſe.

3 Vtrum Deus ſit ſumme, ac ſimpliciter ſimplex.

### DISTINC. IX.

1 Vtrum pater ſit alius a filio.

2 Vtrum filius ſit ſempiterno patri coæternus.

3 Vtrum ſempiterna verbi dei generatio verbo præteriti tēporis, an conta pręſentis ſit exprimenda.

### DIST. X.

1 Vtrum nomen ſpūs ſanctus, ſit alicuius diuinæ perſonæ proprium.

2 Vtrum amor ſit nomen ſpūs ſancti proprium.

### DIST. XI.

1 Vtrum ſpiritus ſanctus procedat a filio.

2 Vtrum ſi ſpiritus ſanctus nō procederet a filio, ab eo perſonaliter diſtingueretur.

3 Vtrum principium ſpiratiuū quod, exigat vt ſic multitudinem ſuppoſitorum.

4 Vtrum pater & filius ſpirent vt vnum, an vt multi.

### DIST. XII.

1 Vtrū generatio ſit prior proceſsione.

2 Vtrum paternitas, & filiatio, antecedāt ſpirationem paſsiuam.

3 Vtrū ſpūs ſanctus procedat a patre per filium.

4 Vtrū ſpūs ſanctus procedat a patre perfectius quā a filio.

### DIST. XIII.

1 Vtrum generatio actiua, & ſpiratio actiua reipſa diſtinguantur.

2 Vtrum generatio paſsiua, & ſpiratio paſsiua reipſa diſtinguantur.

### DIST. 14 15. 16.

1 Vtrum ſit aliqua temporaria ſpiritus ſancti proceſsio.

2 Vtrum proceſsio temporalis ponatur in numero cū æterna.

3 Vtrum per proceſsionem tēporalem detur ſpiritus ipſe ſanctus, & non ſolum dentur eius dona.

4 Vtrum diuinæ perſonæ conueniat mitti.

5 Vtrum diuina perſona ſeipſam mittat, aut mittatur ab ea, a qua non procedit.

6 Vtrum ſpecies illę, ſub quibus apparuit ſpiritus ſanctus fuerint veræ res, an non.

### DIST. XVII.

1 Vtrum ad diligendum meritorie neceſſe ſit ponere charitatem habitualem in animo inhærentem.

### DIST. XVIII.

1 Vtrum donum ſit aliquid eſſentiale, an perſonale in diuinis.

### DIST. XIX.

1 Vtrum in diuinis reperiatur æqualitas.

2 Vtrum veritas ſit conformitas intellectus ad rem.

### DIST. XX.

1 Vtrum diuinæ perſonæ ſint potentia æquales.

### DIST. XXI.

1 Vtrum dictio excluſiua poſſit adiungi termino eſſentiali, ſiue perſonali in diuinis.

### DIST. XXII.

1 Vtrum Deus nominari poſſit a nobis.

2 Vtrum aliquod nomen proprie Deo conueniat.

3 Vtrum diuina nomina ſint Synonima.

### DIST. XXIII.

1 Vtrum perſonæ nomen ſit nomen rei, aut intentionis.

2 Vtrū perſona de Deo, & creatura vniuoce dicatur.

3 Vtrum perſona in diuinis ſignificet ſubſtantiam, an relationem.

4 Vtrum perſona ſit commune quiddam.

DISTINCT. XXIIII. XXV.

1 Vtrũ vnũ tranſcendens addat aliquid ſupra ens.
2 Vtrũ multũ, quod opponitur vni, addat aliquid ſupra ens.
3 Vtrum eſſe vnum maxime Deo conueniat.
4 Vtrum in diuinis reperiatur multitudo.

DISTINC. XXVI.

1 Vtrum in diuinis perſonis reperiatur conſtitutio.
2 Vtrum diuinæ perſonæ conſtituãtur proprietatibus relatiuis, an potius abſolutis.
3 Vtrũ relationes diuinæ conſtituant perſonas per modũ proprietatum, an originum.
4 Vtrũ diuinæ relationes cõſtituãt perſonas ſub ratione abſoluta, an reſpectiua.
5 Vtrum detur in diuinis ſuppoſitum abſolutum.
6 Vtrum relationes conſtituentes perſonas ſint reales.
7 Vtrum proprietates præintelligantur actionibus originis, an contra.

DISTINCT. XXVII.

1 Vtrũ verbũ mẽtale ſit aliquid diſtinctũ ab actu intellectus, & a ſpecie intelligibili.
2 Vtrũ verbũ in diuinis dicatur notionaliter, an eſſentialiter.
3 Vtrũ in nomine verbi importetur reſpectus ad creaturã.
4 Vtrum imago dicatur perſonaliter in diuinis.
5 Vtrum eſſe imaginem ſit proprium filij.

DIST. XXVII. XXIII.

1 Vtrũ innaſcibilitas ſit proprietas conſtitutiua patris.
2 Vtrũ pater & filius ſint vnũ principium ſpũs ſancti.
3 Vtrũ pater, & filius ſint duo ſpiratores, aut vnus ſpirator.

DIST. XXX.

1 Vtrum relationes conuenientes Deo ex tẽpore ſint reales.

DISTINC. XXXI.

1 Vtrum æqualitas in diuinis ſit relatio realis, an rationis.

DISTINC. XXXII.

1 Vtrum pater & filius diligant ſe ſpiritu ſancto.

DIST. XXXIII. XXXIIII.

1 Vtrum relatio differat ab eſſentia.
2 Vtrum diuinæ proprietates ſint in perſonis.
3 Vtrum perſona diſtinguatur ab eſſentia.

DISTINC. 35. 36. 37. 38. 39.
De ſcientia Dei.

1 Vtrũ in Deo ſit ſcientia.
2 Vtrum Deus ſeipſum intelligat.
3 Vtrum Deus cognoſcat alia a ſe.
4 Vtrũ Deus aliorũ a ſe habeat propriã & diſtinctam cognitionem.
5 Vtrum Deus cognoſcat ſingularia.
6 Vtrum Deus cognoſcat futura contingentia.
7 Vtrũ Deus intelligat non entia, & intelligat mala.
8 Vtrũ Deus intelligat infinitã.
9 Vtrum Deus ſeipſum comprehendat.
10 Vtrum ipſa Dei intellectio ſit eius ſubſtantia.
11 Vtrum diuina ſcientia ſit enũciatiua.
12 Vtrum ſcientia Dei ſit diſcurſiua.
13 Vtrum diuina ſcientia ſit vniuerſalis, an particularis.
14 Vtrum diuina ſcientia ſit variabilis.
15 Vtrum Deus omnia perſonaliter cognoſcat.
6 Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum.

DE IDEIS.

1 Vtrum ſint ideę.
2 Vtrum idea in deo ſit diuina eſſentia, an eſſentia creaturę in eſſe cognito.
3 Vtrum idearum multitudo in deo reperiatur.
4 Vtrum ideę pertineant ad cognitionem practicam tantũ, an etiam ſpeculatiuam.
5 Vtrum deus omnium, quę cognoſcit, habeat ideam.
6 Vtrum res creatæ verius eſſe habeant in diuinis ideis, quã in ſeipſis.
7 Vtrum res creatæ omnes in deo ſint vita.

DE EXISTENTIA
Dei in rebus.

1 Vtrum deus ſit in omnibus rebus.
2 Vtrum eſſe ſit proprius effectus dei.
3 Vtrum Deus ſit in rebus omnibus per eſſentiam,

præſentiam, & potentiam.
4 Vtrum Deus ſit æqualiter in rebus omnibus.
5 Vtrum Deus ſit in ſeipſo.
6 Vtrum eſſe vbique Deo conueniat.
7 Vtrum eſſe vbique ſit ſolius Dei proprium.

DE IMMVTABILItate Dei.

1 Vtrum Deus ſit omnino immutabilis.

DE DIVINA PROuidentia.

1 Vtrum in Deo ſit rerum prouidentia.
2 Prouidentia quid ſit.
3 Vtrum prouidentia ſit idem quod fatum.
4 Vtrum Deus immediate rebus omnibus prouideat.
5 Vtrum diuina prouidentia rebus prouiſis neceſsitatem imponat.

DISTINCTIO. XL. ET XLI.
De diuina Prædeſtinatione.

1 Vtrum Deus aliquem prædeſtinet.
2 Vtrum prędeſtinatio in Deo ſit actus intellectus, an voluntatis.
3 Vtrum prædeſtinatio ponat aliquid in prædeſtinato.
4 Vtrum prędeſtinationis ſit aſsignabilis cauſa aliqua ex parte eius, qui prędiſtinatur.
5 Vtrum ex parte Chriſti detur cauſa noſtræ prædeſtinationis.
6 Vtrum prædeſtinatio ſit certa.
7 Vtrum numerus prædeſtinatorum ſit certus.
8 Vtrum prædeſtinatio adiuuetur precibus ſanctorum.
9 Vtrum homini prædeſtinato poſsit innoteſcere ſua prędeſtinatio.

DE REPROBATIONE.

1 Vtrum Deus aliquem reprobet.
2 Vtrum præuiſio finalis peccati ſit cauſa reprobationis.
3 Vtrum Deus præordinauerit reprobos futuros eſſe malos.
4 Vtrum Deus deneget reprobis auxilia neceſſaria ad ſalutem.
5 Vtrũ maior ſit numerus electorum quã reproborum.

DIST. XLII.
De omnipotentia Dei.

1 Vtrum in Deo ſit potentia actiua.
2 Vtrum potentia actiua Dei ſit aliquid præter intellectũ, & voluntatem.
3 Vtrũ potẽtia Dei ſit infinita.
4 Vtrum Deus ſit omnipotẽs.
5 Vtrum res dicantur poſsibiles, aut impoſsibiles in ordine ad cauſas ſuperiores, aut inferiores.
6 Vtrũ in Deo ſint multæ potentiæ, an vnica ſolum.

DIST. XLIII. ET XLIIII.

1 Vtrũ Deus poſsit facere alia, quam quæ facit.
2 Vtrũ Deus nunc poſsit, quod olim potuit.
3 Vtrum Deus poſsit efficere præterita non fuiſſe.
4 Vtrum diuina vi effici poſsit vt qualitas corporea ſit citra omne ſubiectum.
5 Vtrum Deus ijs quę fecit, potuerit efficere, & nunc etiam facere meliora.
6 Vtrum Deus poſsit efficere vniuerſum melius.
7 Vtrum melioratis partibus vniuerſi, remaneat idem vniuerſum, quod antea.

DISTINC. XLV.
De voluntate Dei.

1 Vtrum in Deo ſit voluntas.
2 Vtrũ in Deo ſit liberum arbitrium.
3 Vtrum volũtas Dei ſit immutabilis.
4 Vtrũ diuinæ voluntatis poſſit cauſa aliqua aſsignari.
5 Vtrum diuina voluntas ſit cauſa rerum.
6 Vtrũ Deus immediatius agat per intellectum, quam per voluntatem.
7 Vtrũ Deus ſit cauſa rerũ mediata, an immediata.
8 Vtrũ voluntas Dei cõueniẽter diuidatur in voluntatẽ ſigni, & voluntatẽ beneplaciti.

DIS TINC. XLVI. XLVII.

1 Vtrũ diuina volũtas ſemper impleatur.
2 Vtrum Deus velit alia a ſe.
3 Vtrũ velle alia a ſe importet diuinam perfectionem.
4 Vtrũ Deus velit malum.

DISTINC. XLVIII.
De conformitate humanæ voluntatis ad dininam.

1 Vtrũ teneamur cõformare noſtrã volũtatẽ diuinæ valũtati.

Finis indicis quęſtionum.

# ¶INDEX EORVM, QVAE IN PRIORE HOrum Commentariorũ parte, quæ de ſacroſancta trinitate eſt, annotatu digna occurrerũt, in quo numerus folium, A vero primam columnam, B ſecundam, C tertiam, D quartã indicat.


## A

ACtione intellectus ſublata ſunt in Deo diuerſæ rationes eiuſdem ſimpliciſsimæ eſſentiæ, & perfectionis, diuerſæ inquã non formaliter actualiter, ſed formaliter virtualiter. 43.d,
Actione immanente nihil produci, quomodo ſit intelligendum. 71.c, Item, 132.b,c,
Ad verificanda contradictoria ſufficit diſtinctio formalis virtualis. 44.d,
Agere ad communicationem ſui, eo modo conuenit cuique, quomodo ei conuenit agere. 71.d,
Aliud ad ſignificandum diuerſitatẽ in eſſentia, alius vero, & alia ad ſignificãdum diuerſitatem in perſona, vſu loquentium ſunt accõmodata. 83.b,
Aequalitas in diuinis non eſt per cõparationem vnius perſonæ ad alteram perſonam, ſed per non exceſſum vnius ad alteram. 108.c,
Aequalitas in diuinis perſonis eſt mutua, non autẽ æquatio. 108.b,
Aequalitas in diuinis perſonis an ſit relatio realis, an rationis potius? 156.157.158.
Amor non eſt proprium nomen Spiritus ſancti, ſed appropriatũ. 81 a,
Amor effectiue eſt cum a re amabili concepta, tum ab ipſa voluntate. 97.b,
Anima noſtra pro ſtatu viæ non eſt cognobilis ſub illa ratione ſpeciali, ſub qua eſt ordinabilis in finẽ vltimum ſupernaturalem. 22.b,
Argumentatio vere theologica ſecũdum ſe, eſt effectiua ſcientiæ, ſecus in ſubiecto tali. 2 a,b c.
Articuli fidei ſunt quidam canones, & regulæ, ad quas omnis veritas theologica expenditur. 1.b,
Articuli fidei ſunt propoſitiones ex ſe maxime intelligibiles, & in ſua veritate euidentes. 2.b,
Artifici ſubalterno ſunt euidentia ſuæ artis principia, quoad cognitionem quia eſt, ſunt autem credita, quoad cognitionem propter quid. 4.c, & 19.a.b.
Attributum quid ſit. 40.b,
Attributales perfectiones multæ in Deo reperiuntur. 40.b,c,
Attributa diuina quoad eſſe ſunt extra animũ, quoad multitudinem vero, ſunt entia in animo. 40.d.
Attributales perfectiones multas eſſe in Deo, idem ſignificat quod eſſe in Deo vnã perfectionem æquiualentem multis perfectionibus diſtinctis formaliter, & realiter. ibidem.
Attributa diuina non diſtingũtur ab eſſentia ſola ratione. 41.a,b,
Attributa diuina non differunt formaliter ab eſſentia, & ibi multa de differentia formali. 41 c.d.
Attributa diuina diſtinguntur formaliter virtualiter. 42.a,
Attributa diuina actualiter, ſola ratione diſtinguntur. 42.c,
Attributa diuina non differunt definitione. 44.b,

## B,

BEati in bono diuino ſibi coniuncto non ſiſtunt tanquam in ſuo vltimate, ſed tanquã in ſuo inordine ad Deum. Vnde illo bono ſuo delectantur potius, quia diuinum eſt, quam quia ſuum eſt. 28.c.29 30.b,
Beati de eſſentia diuina viſa, an forment verbum. 132.133.
Bonum nõ delectat niſi præſens adſit, amatur vero etiam cum abeſt. 27.a,

## C,

CIrcum inceſsio in diuinis perſonis quid ſit. 108.c d.
Notandum, περιχωρεῖν Græce, ſignificare circum incedere, & capacem eſſe. Sub hoc poſteriore ſignificatu vſurpatũ a Damaſceno hoc verbum περιχώρησις lib. 1. cap. 11. ideſt mutua perſonarum capacitas, vna enim perſona capit alteram, & altera capitur in altera. Vnde hoc verbũ circum inceſsio, quo theologi latini vtuntur, minus aptum eſt ad rem propoſitam explicandam. Interpretandum potius fuiſſet, mutua perſonarum capacitas.
Cognitio duplex, intuitiua vna, abſtractiua altera, & quæ nam vtraque ſit. 5.b.c,
Cognitio intellectiua pro hoc ſtatu non eſt intuitiua. 5.d.
Cognitio abſtractiua duplex, diſtincta vna, confuſa altera, ibidẽ.
Cognitio abſtractiua diſtincta veritatis theologicę an ſit homini viatori communicabilis. 6.a.7.c.
Cognitio intuitiua Dei an ſit homini viatori cõmunicabilis? 51.52.53
Continetur aliquid in altero, cauſaliter, formaliter, & eminenter, & continere eminenter quid eſt. 114.b,
Contenta in Deo eminenter, eidem etiã formaliter cõueniunt. ibidem.
Conſtitutio reperitur in diuinis perſonis, non quidem realis, ſed rationis. 120.b,
Conſtitutio diuinarum perſonarum in ſanctis patribus non inuenitur formaliter, bene tamen virtualiter. 121.b,
Conſtitutiuum abſolutum derogat diuinæ perfectioni, & diuinæ ſimplicitati. 123.b,

## D,

DEus ſub ratione credibilis, & ſub ratione deitatis eſt ſubiectũ theologiæ. 11.b.
Deitatis ratio eſt radix, & fundamẽtum diuinæ infinitatis, & omniũ perfectionum attributalium. 12.b,
Deus eſt finis creaturæ, aut vt cauſa finalis omnium, aut vt beans creaturam. 22.d·

# INDEX.


Deus quo pacto ſit à nobis pro ſtatu viæ cognoſcibilis. 51.a.b.c.d.
Deus an amari poſsit amore concupiſcentiæ. 30.c.d.
Dei intuitiua cognitio eſt homini viatori communicabilis. 51.52.53.
Deum eſſe, eſt omnibus per ſe notũ. 54.a,
Deum eſſe, ex creatis rebus eſt euidenter cognibile. 56.a,b,c,d,
Deum eſſe cognoſcens, ſiue demonſtrans, non ſolum cognoſcit, & demonſtrat hanc propoſitionem eſſe veram, Deus eſt, verum etiam & ipſum eſſe Dei, fundans veritatem illius propoſitionis. 57.c,
Deus non generat, vera ne ſit propoſitio? 64.65.
Deus eſt ſumme ſimplex, nullius generis admittens compoſitionem. 80.a.b.c.d
Deus ſit ne in prædicamento. 81.b.c. d, & 82.a.b.
Deus ſolus habet eſſendi neceſsitatem. 79.a,
Deus nominari poteſt a nobis. 113.b,
Deus triplici via a nobis cognoſcitur, ſcilicet per efficientiam, eminentiam, & remotionem. ibidem.
Deus eodem radicaliter eſt ſapiens, bonus, & iuſtus, non tamen eodẽ formaliter. 114.d.
Deo, & creaturæ nihil poteſt eſſe vniuocum in rebus, bene tamen in intentionibus. 117.a,
Deus eſt vnus, cuius vnitati philoſophi ſubſcripſerunt. 39.a.b.c,
Deus eſt maxime vnus. 119.b,
Deus eſt dominus creaturæ cum realiter, tum formaliter, realiter quidem, quia terminat relationem realem creaturæ ad ipſum, formaliter vero, per relationem cointellectam. 154.b.
Deus an poſsit eſſe ſubiectum realitatis nouæ reſpectiuæ. 155.a.b,
Deus referrur ad creaturam eadem relatione, qua creatura refertur ad illum, non tamen eodem modo. 155.d,
Delectatio duplex, vna quæ eſt paſſio concomitans actionem, altera quę eſt actio elicita à potentia appetiua habẽs pro obiecto ipſum actionis obiectum. 25.a,
De aliquo eſſe quid importet. 67.d,
Dilectio non eſt praxis. 18.a,
Dilectio Dei, & operatio virtutis, ſunt fines theologiæ per extenſionem, ididem.
Diuinæ naturæ formalis eminentia in quo conſiſtat. 42.b,
Dilectio meritoria interuentu habitus inhærentis elicitur, qui habitus eſt charitas infuſa. 103.d,
Dilectione creata Deum diligimus formaliter, increata vero, cauſaliter. 105.d,
Dicere, & dici in diuinis accipiutur tam eſſentialiter, quam notionaliter. 137.a,
Diſtinctio formalis duplex, vna actualis, altera virtualis. 155.a,
Donũ eſt donatio irredibilis. 106.d.
Donum, non eſt proprium, ſed appropriatum ſpiritui ſancto. ibidẽ.
Donatio omnis gratuita ortum habet ex amore. 107.a,
Dona naturæ, & gratiæ ordine naturalis diſpoſitionis antecedũt miſſionem ſpiritus ſancti. 100.a,
Durandus impie dicit, Deum ob id eſſe bonũ beatis, quia ipſos beat. 30.b.


E,


ERaſmus videtur applaudere errori Arrij. 49.a,
Eſſentia diuina an ſubeat vicem materiæ, in diuina generatione? 67.b.c,
Eſſentia diuina eſt formalis diuinæ generationis terminus. 66.a,
Eſſentia & relatio non ſe habent in diuinis perſonis ſicut aliud, & aliud, ſed ſicut commune cum aliis & proprium. 121.a.b,
Eſſentia, & relatio, quomodo differant. 162.163.164.165.
Eſſentia, & relatio, non ſunt duo obiecta formalia, ſed vnum obiectũ formale, æquiualens eminenter diſtinctis rebus formaliter. 165.c.
Eſſe actualis exiſtentiæ non diſtinguitur realiter ab eſſentia, ſed eſt modus quidam intrinſecus eſſentiæ. 77.b.c,
Excluſiua dictio quam vim habeat in diuinis. 112.c,
Euidentia duplex, vna viſionis, altera credibilitatis. 4.d,
Euidentia viſionis videtur aliquid tribus modis. ibidem.


F,


FIdes eſt habitus principiorũ, nempe articulorum fidei, immediate, concluſionum vero ex ipſis deductarum mediate. 4.d,
Finis ſcientis, nõ eſt finis ſcietię. 16.d
Filius in diuinis procedit per modũ naturæ. 70.c.
Filius eſt de aliquo, non tanquã de materia, ſed tanquam de forma. 68.a,
Filius non poteſt generare, tum quia non habeat potentiam generandi, tum quia fœcunditas ad diuinam generationem in ipſo expleta eſt. 76.c,
Filius non generat, quia potentia generandi in filio eſt præuenta per terminum ſibi adæquatum. 111.d.
Filium non generare, neque poſſe generare, nihil derogat eius omnipotentiæ. 111.c.
Filius, tametſi nõ generet, eſt æque omnipotens, atque pater. 111.a,
Formalis diſtiuctio duplex, vna actualis, altera virtualis. 41.c.d,
Formaliter actualiter differẽtia, quæ nam ſint. 41.d,
Formaliter virtualiter differẽtia quę nam ſint. 42.a.
Formaliter ratio termini formalis ipſius generationis in quo cõſiſtat? 67.a,
Formalis terminus diuinæ generationis eſt ipſa eſſentia diuina. 66.a, & 75.c,
Fruitio eſt actus voluntatis. 23.c,
Fruitio non eſt actus elicitus ab intellectu, & imperatus a voluntate. 24.b,
Fruitio formaliter, & elicitiue ſolius eſt voluntatis, cæterarũ vero potentiarum per quandam redundantiam. 25.b,
Fruitionis nomine tria continẽtur, ſcilicet cognitio, delectatio, & quietatio. ibidem.
Fruitio non eſt formaliter cognitio, cognitionẽ tamen præuiam requirit. 25.d,
Fruitio formaliter eſt delectatio, amor vero cauſaliter, & cõcomitanter. 25.c.d,
Fruitio adhæſionem quandam importat ad rem fruibilem, quæ adhæſio formaliter quidem eſt per delectationem, cauſaliter vero, & concomitanter eſt per amorem. 26.c.
Fruitio eſt delectatio, quæ eſt actio, non quæ eſt paſsio. ibidem.
Fruitio non eſt præſtantiſsima hominis operatio. 26.d,
Fruitio non eſt amor concupiſcentiæ. 28.c,
Fruitionis immediatum obiectum eſt

eſt Deus. 29.c.d,
Fruẽs eſſentia neceſſario fruitur perſonis. 31.32.33.
& ibi etiam defenditur opinio oppoſita.
Frui non poteſt comprehenſor vna perſona, quin fruatur altera. 33.a
Frui poteſt viator eſſentia, nõ fruendo perſonis. 33.d.
Fruitio vnica eſt trium perſonarum 34.b,

G.

GEnerationem eſſe in diuinis nõ eſt naturaliter cognobile. 61 c.
Generatio eſt acceptio naturę modo naturæ. 61.d,
Generatio ſecundum formalem rationem accepta, reperitur in Deo, non aũt ſecundũ genus. 62.a.b.c,
Generatio diuina, & creata non dicuntur vniuoce. 62.c,
Generationis diuinæ duplex terminus, productus vnus, & communicatus alter, & non productus, qui eſt terminus formalis diuinæ generationis. 66.b.
Generatio Dei æterna aptius explicatur verbo præteriti temporis, quam præſentis. 86.b.
Generatio actiua, & ſpiratio actiua, quomodo diſtinguantur. 95.96.
Generare, & ſpirare de ſe inuicẽ minime prædicantur. 96.d.
Generatio paſsiua, & proceſsio realiter diſtinguntur. 97.a.

H.

HAbitus Theologiæ defenſiuus quis ſit. 2.a,
Habitus theologicarum concluſionum ex ſe eſt ſcientia, vt in viatore vero, fides. 2.c.
Hominis duplex finis, naturalis vnꝰ, ſupernaturalis alter. 103.c.
Humana ratione non eſt inueſtigabile quo pacto illud ens perfectiſſimum, quod eſt Deus, ſit quietatiuum noſtri intellectus, an ſcilicet vt obiectum cognitionis intuitiuæ, an potius vt obiectum cognitionis abſtractiuæ. 22.c,

I.

IMago diſtinctæ repreſentatiua deitatis an ſit dabilis. 6.b,
Imago quid ſit, & quæ ad imaginem requirantur. 138.c,
Imago ſoli conuenit filio in diuinis. 138.d,
Imaginem eſſe ex vi ſuæ productionis non conuenit ſpiritui ſancto. 139.a.b.c,
Innaſcibilitas eſt notio patris. 140.b,
Ingenitũ eſt notio prout ſignificat negationem eſſendi ab alio omnino & ſimpliciter. 141.c,
Inſpirabilitas non eſt ſexta notio. 140.141.a.b,
Inter generationem paſsiuam, & ſpirationem intercedit ordo originis. 93.a,
Intellectus, & voluntas reipſa diſtinguntur. 59.c.
Intellectualitas dupliciter conuenit creaturæ, vno modo vt forma ſuperaddita, altero modo vt forma conſtitutiua naturæ. 71.c,
Intelligere, & velle accipiuntur duobus modis, vno modo abſolute, altero modo cũ expreſsione. Illud eſſentiale eſt, & commune cũ tribꝰ perſonis, hoc notionale, & proprium. 71.b,
Intellectus tunc eſt verus, cum ita per intellectum dicitur, ſiue complexe, atque cernitur in re. 110.b,

L.

LVmen medium, in quo veritates fidei ſint euidentes, non eſt dabile. 7.d.8.a.b.c.
Lumen fidei habet latitudinem, & recipit magis, & minus in viatoribus. 9.b,

M.

MErcurius Triſmegiſtus videtur inſinuaſſe æternam filij a patre generationem. 47.d,
Memoria fœcunda patris, eſt intellectus paternus, habens ſui, diuinorumque omnium, atque adeo rerum omnium poſsibilium notitiam. 74.c,
Miſsio diuina quid eſt. 100.b,
Miſsio duplex, viſibilis ſcilicet, & inuiſibilis. 100.c,
Miſsio ſoli perſonæ conuenit quæ procedit, apparitio vero etiam illi quæ non procedit. ibidem.
Mittitur nunquam vna perſona ſine altera. 100.d,
Mittitur Spiritus ſanctus per dona perficientia voluntatem, Filius, vero per dona perficientia intellectum. 100.d,
Miſsio inuiſibilis ordinatur ad gratiam perſonalem præciſe, viſibilis vero non item, ſed etiam ordinatur ad alios. 100.d,
Miſsio viſibilis ad fœminas non eſt facienda. ibidem.
Miſsio viſibilis ante Chriſti aduentum non fuit facienda. ibidem.
Mittere cuilibet diuinæ perſonæ cõuenit, mitti vero non item, ſed ſoli perſonæ procedenti. 101.c.
Modus naturę, & modus voluntatis, in quibus conſiſtat. 70.c,
Modus naturæ, & modus voluntatis duplex. 72.a,
Moritur homo dupliciter, vno modo ſeparatione animę a corpore, altero modo ſeparatione animi a ſenſuum functione. 53.a,
Moſes vtrum viderit diuinam eſſentiam. 33.b,
Multitudo formaliter eſt aliquid negatiuum. 119.b.
Multitudo reperitur in diuinis quoad notionalia, non quoad eſſentialia, & abſoluta. 119.d.
Multarum rationum in Deo, cauſa fundamentalis eſt ipſius diuinę eſſentiæ ſumma vnitas, atq; ſimplicitas, effectiua vero intellectus noſter finitus, & limitatus non valens illam ſummam vnitatem percipere. 115.b.

N.

NAturam reperiri in multis per fœcunditatem, non tam eſt perfectio, quam conditio ſupplens defectum perfectionis. 62.b,
Natura non poteſt operari excluſa potentia. 71.d,
Nomen ſubſtantiuum, & nomen adiectiuum quoad pluralem enuntiationem quomodo ſe habeant. 63.c,
Nomen ſpiritus, quas ob cauſas ſpeciatim ſpiritui ſancto attribuitur, 86.d,
Nominum diuinorũ tria genera abſoluta ſcilicet reſpectiua, & negatiua. 115.c.
Nomina diuina omnia diuinam eſſentiam declarant, non tamen eodem modo. 114.115.
Nomen proprium dicitur dupliciter vno modo, quod ſoli, & nulli alteri conuenit, altero modo quod conuenit ſecundum proprium ſignificatum, & non per ſimilitudinem.

nem. 113.d.
Non quæcunque nomina Deo conueniunt, eidem proprie conueniunt. 114.a.
Notio in diuinis quid eſt, & quæ ad notionem requirantur. 140.b.c.
Notiones ſunt quinque. 140.c.

O.

OBiectum ſcientiæ duplex materiale vnum, formale alterum.
Et obiectum formale duplex. 12.d.
Obiectum amoris concupiſcētiæ eſt etiam res a concupiſcente ſuppoſito diſtincta. 92 d.
Obiecto beatifico clare viſo an voluntas poſsit non frui. 35.36.
Omnibus eſt inſita a natura notio Dei. 55.b.
Omne ens creatum eſt poſsibile, & contingens. 79.a.
Opinio Magiſtri, nempe quod charitas qua Deum & proximum diligimus, non ſit forma aliqua creata, & inhærens, ante Conciliū Vienenſe fuit aſſertio temeraria, licet non hæretica, hoc vero tempore, nempe poſt concilium Tridentinum, eſt aſſertio non ſolum temeraria, verum etiam hæretica. 105.a.b.c.
Opinio dicens diuinas perſonas conſtitui aut proprietatibus abſolutis, aut modis abſolutis, nullo modo eſt defenſabilis. 122.c.
Operatio ſupponit ſuppoſitum conſtitutum, niſi alias ſuppoſitum in eſſe perſonali conſtituatur per talem operationem. 127.a.
Ordo quo pacto reperiatur in diuinis. 93.94.
Origines diuinæ partim antecedunt proprietates, partim conſequuntur. 127.128.

P.

PAter genuit filium neceſsitate, nō quidem coactionis, ſed naturæ. 68.69.
Pater genuit filium voluntate, non quidem principiante, ſed concomitante. 69.a.
Pater modo aliquo non eſt prior filio. 74.a.b c.d.
Pater per generare etiam opponitur ſpiritui ſancto, mediate tamen. 88.d.
Pater ſpirat per filium. 44.c.
Vtrum vero ſit admittenda hæc propoſitio, filius ſpirat per patrem. ibidem.
Pater & filius ſpirant vt vnum, & vt multi. 92.c.
Pater & filius ſunt vnum principiū, ſpiritus ſancti non ſolum ſecundum rem, verum etiā ex proprietate locutionis. 142.d.
Patrem, & filium eſſe duos ſpiratores & vnum ſpiratorem, apte dici poteſt. 144 b.
Pater & filius an ſe diligant ſpiritu ſancto, & quis ſit ſenſus illius locutionis. 160.161.
Perfectionum, quæ Deo attribuuntur, tria ſunt genera. 50.c.
Per ſe notum eſſe aliquid ſecundum ſe, & non quoad nos, minus apte dicitur. 55.c.
Perſonarum propria non vere dicūtur de eſſentia in abſtracto, bene tamen in concreto. 63.d.
Perfectio actionis non excludit habitum adiunctum potentiæ, imo vero ipſum requirit. 103.c.
Perfectio ſimpliciter quid eſt. 113.c.
Perſona diuina quomodo præintelligatur alteri. 85 b.
Per, ſemper denotat habitudinem principij in caſu, cui adiungitur. 44.c.
Perſona diuina procedit in creaturā & non ſolum ipſius donum. 99.a.
Perſona, quid eſt. 115.d.
Perſona eſt nomen intentionis denominans ſubſtantiam ſingularem naturæ intellectualis. 116.b.
Perſona eſt nomen ad dignitatē pertinens. ibidem.
Perſona vnde duxit originem. 116.c.
Perſonæ nomen eſt eiuſdem rationis in Deo & creatura. 116.c.
Perſona formaliter non ſignificat relationem, aut ſubſtantiam, quoad rem vero ſubiectam in cōmuni quidem abſtrahit ab abſoluto, & relatiuo, in diuinis autem includit cum ſubſtantiam, tum relationem. 117.b.
Perſona eſt quidam commune vniuocum in diuinis. 117.c.
Perſona de formali non ſignificat rem incommunicabilem, ſed intētionem incōmunicabilitatis ſuppoſiti, & indiuidui, quæ eſt communis cum multis.
Perſonarum diuinarum eſt conſtitutio. 120.b.c.
Perſonæ diuinæ non diſtinguntur ſe totis, neq; ſunt primo diuerſę. 120.c.
Perſonæ diuinæ conſtituuntur proprietatibus relatiuis. 121.122.
Perſonæ diuinæ conſtituuntur per relationes, non ſub ratione reſpectiua, ſed ſub ratione abſoluta, eaque non ſpeciali, ſed tranſcentali. 124.125.
Perſona diuina dici poteſt conſtitui proprietate abſoluta tranſcendētaliter, hoc eſt, quæ ſecundum rationem ſuam tranſcendentalem, eſt abſolutum quiddam. 127.b.
Perſona diſtinguitur ab eſſentia formaliter eminenter. 117.d.
Philoſophi perfectioni naturali plurimum tribuunt. 21.b.
Philoſophi Dei nomine intellexerunt ſuppoſitum vnum, abſolutum, illimitatum & infinitū. 48.a.
Plato videtur ſacram triadem agnouiſſe. 47.c.
Plato, & Platonis ſtudioſi multa ſumpſerunt ex ſacris literis 48.b.
Potentia vere, & realiter eſt reſpectu actuum notionalium. 73.c.
Potentia generandi in diuinis, neq; eſt eſſentia diuina præciſe, neque relatio præciſe, ſed relatio ſub paternitate. 74.a.b.
Potentia generandi vt primum generationis principium eſt eſſentia diuina, vt proximum vero, memoria fœcunda patris. 74.c.
Potentia generandi formaliter nō eſt in filio, eſt tamen in eo radicaliter. 74.d.
Potentia generandi formaliter includit omne illud, quod eſt de ſui conceptu, ſiue intrinſecum, ſiue extrinſecum, & connotatū. 76.b.
Potentia generandi in filio, neq; eſt in actu primo, neque ſecundo. 76.c.
Poſsibile Logicum, poſsibile Phyſicum. 79.c.
Potentia ad actus notionales an ne ad oīpotentiam pertineat. 110.111.
Potentia generādi pertinet ad omnipotentiam patris. 111.c.
Potentia receptiua ſupernaturaliū actuum in nobis, non eſt naturalis, ſed obedientialis. 22.a.
Potentiæ cuilibet receptiuæ reſpondet vis altera actiua. ibidem.
Peccans venialiter etſi amittat intētionem actualem vltimi finis, nō tamen habitualem. 38.b.
Praxis accipitur quatuor modis. 15.c
Praxis, ex qua ſcientia practica nominatur, quid ſit, & ibi practica ſcientia quid ſit. 15.d.
Pra-

Practicæ ſcientiæ rationem duo cõplent, nempe obiectum operabile, & finis operatio. Ex obiecto dicitur ſcientia practica cauſaliter, ex fine vero formaliter. 16 a,
Praxis, ſiue operatio tribus modis ſe habet ad ſcientiam. 16.d,
Prædicatio formalis quæ ſit. 64.b,
Prædicatio hæc, Eſſentia diuina eſt pater, eſt identica, non formalis, vnde & identice vera eſt, non formaliter. 64.b,
Principiorũ theologiæ tria ſunt genera. 1.b.
Principia theologiæ nihil præcipiunt de agendo, poſſunt tamen ad actionem accommodari. 18.b,
Principiũ alioqui ſuapte natura productiuum, duplici ex cauſa nõ eſt productiuum. 47.a,
Prius & poſterius ſecundum ordinem dantur in diuinis. 85.a,
Prioritas originis poſita a Scoto, quo pacto ſit accipienda. 85.b.c,
Primo diuerſa quæ ſunt. 120.c,
Probatio diuinarũ rerũ ex propoſitionibus theologicis, eſt proprie, & vere theologica. 1.b.
Probatio theologica triplex. 1 a,
Propoſitio per ſe nota tria requirit. 53.d,
Propoſitionum per ſe notarũ quinque ſunt genera. 54.c.
Propoſitionem eſſe euidentem non eſt idem, quod eſſe per ſe notam. 55 d.
Propoſitio hæc, Deus non generat an ſit vera. 64.65,
Propoſitionis huius, pater & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto, varia explicatio. 159.160.161.
Productio diuinæ perſonæ eſt naturalis. 70 a
Productio omnis diuina, & emanatio eſt ex fœcunditate diuinæ naturæ radicaliter. 70 b,
Productum per intellectum vt ſic habet quod ſit ſimile ei a quo procedit, abſtrahẽdo ab hoc, vel illo modo ſimilitudinis. 72.d.
Productio Dei ad intra terminatur ad vnum ſolum productum. 76 a,
Proceſsio temporalis diuinæ perſonæ quid ſit. 99.b,
Proceſsio tẽporalis quoad id quod connotat ponit in numero cum ęterna, non tamẽ quoad id, quod intrinſece importat. 69.c.d,
Pluralitas ſuppoſitorum eſt conditio neceſſaria ſpiratoris. 91.b,
Pluralitas tam ſubſtantiui, quam adiectiui requirit pluralitatẽ ſuppoſitorum. Cæterum pluralitas ſubſtantiui cum pluritate ſuppoſitorum requirit etiam pluralitatem formæ, pluralitas vero adiectiui, non item. 144 a,

Q.

QVod & quo, non neceſſario requirunt diſtinctionem realẽ, ſed adhoc ſufficit diſtinctio rationis. 67.b,

R.

RAtionum, ſiue conceptuum multitudo, quas de Deo format intellectus, ortum habet cum ex imbecillitate noſtri intellectus, tum ex diuinæ naturæ eminentia, & excellentia ſingulari. 45.b.
Relatio in diuinis formaliter ſumpta non importat perfectionem, entitatiue tamen, & realiter importat perfectionẽ eandem ſcilicet quã eſſentia diuina. 111.112.d.a,
Relatio diuina ſecundum eſſe tranſit in eſſentiam, non ſecundum rationem formalem. 123.b.
Relatiuum conſtat ex abſoluto, tanquam ex fundamento, & ex relatione informante, non quidem ipſum fundamẽtum, ſed ipſum ſuppoſitum in quo ineſt. 123.c.
Relationes oppoſitę poſſunt in eodem infinito fundari. ibidem.
Relationis duplex ratio vna abſoluta, & tranſcendentalis, quæ conſiſtit in eſſe in, altera ſpecialis, quæ conſiſtit in eſſe ad, illa conuenit relationi, in quantum eſt accidens, hæc vero, in quantum relatio. 125.a.
Relationes diuinarum perſonarum conſtitutiuæ, & diſtinctiuæ ſunt reales. 126 c.d.
Relationes diuinæ ſunt vna res abſoluta per idemtitatem, tres vero res reſpectiuæ per oppoſitionẽ. 127 c.
Relatio realis quæ requirat iuxta varias doctorum ſententias. 148.c.d
Relatio realis tria requirit, nempe fundamentum reale, realem diſtinctionem extremorũ, & quod illa extrema, prout terminant illã habitudinem, realiter diſtinguantur. 127.a.
Relatio vtrum diſtinguatur a fundamento. 145.146.147.148.
Relationes conuenientes Deo ex tẽpore an ſit reales. 150.151. 152.153.
Relationis terminus omnino eſt reſpectiuum quiddam, ſiue formaliter, & realiter, ſiue cauſaliter, & fundamentaliter proxime. 154.a,
Relatio diſtinguit perſonas, nõ quatenus identificatur eſſentiæ, ſed quatenus habet oppoſitionem ad alterum. 166.b,
Relationes diuinæ ſunt in perſonis, ſicut in ſubiectis, in eſſentia vero diuina, ſicut in fundamento. 166.d,
Relatio quoad eſſe, ad, ſignificatur vt aſsiſtens, quoad eſſe in, vt inhærens. 167.b,
Reſpectiua ſunt de conceptu eſſentiali Dei per idenritatem, non tamen de conceptu formali. 33.a.

S.

SCientia diuiditur in ſcienciam ſecundum ſe, & in ſcientiam in ſubiecto tali. 2.c,
Scientiæ capiunt ex ſubiecto vnitatem, diuerſitatem, dignitatem, ordinem & neceſsitatem. 9.d,
Scientiæ non accipiunt vnitatem, aut diuerſitatem ex obiecto materiale, ſed ex obiecto formali, vel ex obiecto materiali ſub ratione formali, hoc eſt, quatenus tale eſt 12.13.
Scientiæ capiunt vnitatem ex ratione formali obiecti, & quatenus obiectum, & quatenus res. 13.d,
Scientiæ omnes pertinent ad vnum generalem habitum, ſub quo diuerſi ſpecie habitus continẽtur. 14.a,
Scientia an ſit vna ſimplex qualitas. 14.15,
Scientia eſt vna ſubiectiue, plures vero obiectiue. 15.a.b.
Scientia practica quid ſit. 16.a,
Scientia contemplatiua, quid ſit. 16.c,
Scientia nulla appellanda eſt affectiua. 18.a,
Scientiæ ſubiectum quod, & quale ſit. 9.d.
Signa Originis, quæ imaginatur Scotus in diuina generatione, an ſint, & quomodo ſunt accipienda. 69.b.d,

Scoti

Scoti de verbo metali opinio explanatur,& defenditur. 133.134.
Species viſibiles ſub quibus viſus eſt ſpiritus ſanctus, an fuerint veræ res extra animum. 101.102.
Spiritus ſanctus in diuinis procedit per modum voluntatis. 70.c.
Spiritus ſanctus vtrũ ex vi ſuæ proceſsionis procedat vt ſimilis in natura. 72.c,
Spiratio vt ſic,non habet quod producat ſimile,neque hoc,neque illo modo, vt diuina vero producit ſimile. 72.d,
Spiritum ſanctum procedere a filio deducitur ex ijs quæ formaliter continentur in ſacro Canone. 87.a b.c.d,
Spiritus ſanctus ſi non procederet a filio an ab eo diſtingueretur. 189.b.c.d,
Spirandi facultas non poteſt, niſi in multis ſuppoſitis reperiri. 92.a.
Spiratiua virtus, antequam producatur filius, ineſt in patre fundamentaliter,& radicaliter,non formaliter. 92.b,
Spirant pater,& filius vt vnum, & vt multi. 92.a,
Spiritus ſanctus nõ magis procedit a patre,quam a filio. 95.a,
Spiritus ſanctus principalius procedit a patre,quam a filio, quæ principalitas attenditur, non penes quid abſolutum,ſed ſecundum relationem dantis & accipientis. 95 a.b,
Spiritus ſanctus datur,&non ſolum eius dona. 99.100,
Spiritus ſanctus procedit vt datus, non vt natus,tum quia ex vi ſuæ proceſsionis non procedit vt ſimilis,tum quia ex mutua patris, & filij amoris datione procedit. 107.b,
Spiritus ſanctus ab æternitate quidem donum eſt,datum vero, nõ niſi ex tempore. 07.c,
Subiectum ſcientiæ quod & quale ſit. 9.d,
Subiectum theologiæ eſt Deus ſub ratione deitatis, & Deus ſub ratione credibilis. 10.11.
Suppoſitum abſolutum an ſit dabile in diuinis, & quomodo ſit dabile. 126.a.b.c,

T,

Theologica concluſio quæ nam ſit. 1 b.
Theologiæ habitus defenſiuus quis nam ſit. 2.a,
Theologia diuiditur in theologiã ſecundum ſe, & in ſubiecto tali, illa eſt vera ſcientia, hæc non itẽ. 2.c.d,
Theologia viatoris ſecundum ſe eſt ſcientia, vt in viatore vero, non item. 2.d.
Theologus non qua theologus, ſed qua Metaphyſicus probat principia fidei. 2. d.
Theologica veritas quoi modis explanatur. 2.d.
Theologica cõcluſio deduci poteſt duobus modis. 3.a.
Theologiæ ſubiectum eſt Deus, cũ ſub ratione credibilis,ſiue reuelabilis,tũ ſub ratione deitatis. 11.b.
Theologia eſt de opere meritorio, tanquam de obiecto ſecundario, ducente ad obiectum primarium quod eſt Deus. 12.b.
Theologia partim eſt ſpeculatiua, partim practica, principalius tamen eſt peculatiua, quam practica. 17.a,
Theologia viatorum an ſit legitime ſubalternata theologiæ beatorũ? & ibi in qno cõſiſtat legitima ſubalternatio. 18.d.
Theologia quomodo ſubalternet ſibi cæteras ſcientias. 19.b.c.d.
Theologia eſt ſcientia ſpecialiſsima 20 a.b.
Theologia a cæteris ſciẽtijs quatuor differentijs ſecernitur. 20.c.d.
Theologia reuelata quoad ea, quæ de Deo ſunt naturaliter cognobilia,non fuit ſimpliciter neceſſaria,ſed ſecundum quid. 21.a,
Theologia prout importat habitũ deductiuum ex articulis fidei, etſi cuilibet Chriſtiano nõ ſit neceſſaria ad ſalutem, fuit tamen ad ſalutẽ neceſſaria. 2.b.
Trinitas perſonarum in vnitate eſsẽtiæ non eſt homini naturaliter cognobilis. 46.c.
Trinitas perſonarum in eſſentia vnitate ſuppoſitione facta quod eſſe poſsint multæ perſonæ in diuinis eſt naturaliter demonſtrabilis. 48.c.d.
Trinitas perſonarum in vnitate eſsẽtiæ non tollit illud principium, eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe. 49.c.
Trinitas perſonarum in eſſentia vnitate non includit repugnãtiã. ibi.
Trinitatis veſtigium & imago elucet in rebus creatis. 58.a.b.c.d,

V,

Veritates omnes ſcibiles cuiuſque ſcientiæ virtualiter continentur oẽs in primo, & adæquato illius ſciẽtiæ obiecto. 10. a,
Veritas in quo conſiſtat. 109.110.
Veritas eſt in intellectu formaliter, & ſubiectiue,in rebus vero ipſis fundamentaliter, & cauſaliter. 100.a.
Verbum mentale quid ſit apud D. Thomam,& quæ ſit neceſsitas ponendi huiuſmodi verbum præter ſpeciẽ intelligibilẽ. 129.a.b.c.d.
Verbi mentalis ab actu intelligendi diuerſitas eſt formalis ſolum, nõ realis. 130.a.b.c.d.& 131.a.b.
Verbum mentale quid ſit apud Scotum,& durandum. 131.c.d.
Vtraque de verbo opinio defenditur. 121.133.
Verbum in diuinis dicitur perſonaliter,& nullo modo eſſentialiter. 136.a.b.
Verbum diuinum procedit ex omnibus, quæ in diuina ſcientia continẽtur. 137.b.d.
Verbum diuinum procedit ex cognitione omnis intelligibilis, ſpiritus vero ſanctus non procedit ex dilectione omnis amabilis. 138.a.
Verbum diuinum procedit ex rebus cognitis ab ipſo Deo, non quidẽ vt cognitis ſcientia viſionis, ſed vt cognitis ſcientia ſimplicis intelligentæ. 138.b.
Viator quis ſit. 5.a.
Viatori non poteſt cõmunicari cognitio euidens abſtractiua credibilium. 6 a.
Viatori communicari poteſt cognitio intuitiua credibilium. 7.c.
Vnitati Dei omnes philoſophi ſubſcripſerunt. 39.c.
Vniuerſale quomod ſit vbiq;. 70 b.
Voluntas non poteſt quicquam velle,aut diligere non præuia actione intellectus. 27.28.
Voluntas vtrum neceſsitetur reſpectu vltimi finis,ſub ratione vniuerſali cogniti,quoad exercitiũ actus 36.d.
Vti eſt actus voluntatis. 37.a,
Vtendum eſt rebus omnibus extra Deum. 37.c.

# ¶INDEX EORVM QVÆ IN POSTERIORE horum Commentariorum parte, quæ de diuina Scientia, Prouidentia, Omnipotentia, & Voluntate eſt annotatu digna occurrerunt. In quo numerus folium, A, primam columnam, B ſecundam, C tertiam, D quartam indicat.


A,

ACtio tranſiens Dei eſt ipſa eius volitio cum habitudine actuali ad effectũ temporalem. 74.c.

Actio Dei ad extra attribuitur intellectui diuino, voluntati, & potentiæ, intellectui tanquam dirigenti, & formam operis faciendi præconcipienti, voluntati vt imperanti, ac determinanti, potentiæ vero vt exequenti. 180.d.

Agere per intellectum eſt quiddam, ſuperius vniuerſalius, & perfectius, quam agere per naturam. 40.d.

Agens dicitur immediatum, aut immediatione virtutis, aut immediatione ſuppoſiti. 62.a.b.

Agens finitum agit vbi non eſt, mediante propinquiore deferente vim ſuam ad paſſum. ibidem.

Agere vt præſens præſentia ſuppoſitali arguit in Deo maximam & virtutis, & nobilitatis excellentiam. 62.d.

Ambroſij Catherini de prædeſtinatione opinio refutatur. 128 c.d.

Ariſtotelis de diuina prouidẽtia opinio. 85.86.87.

Aſſueti peccatis, aut nunquam, aut certe magna cũ difficultate a peccatis deſiſtunt. 144 d.

Auxiliorum duo ſunt genera, generale vnum, ſpeciale alterũ. 142.a.

Auxilium ſpeciale triplex, ſufficiens, efficax, ſuperabundans. ibidem.

Auxilia generalia contemnenti non dantur ſpecialia. 142.

Auxilium ſpeciale duplex, vnũ cocomitans, alterũ antecedens. 144.d

B,

BOnitas rei cuiuſque duplex, eſſẽtialis vna, accidentalis altera. Ad gradum huius poteſt fieri acceſſio, ad gradum vero illius, non item. 170.c.

C,

CAuſam primam prius natura cauſare, quam cauſam ſecundã, quomodo ſit intelligendum. 184.a.

Chriſtus eſt cauſa meritoria effectuum noſtræ prædeſtinationis. 123.b.

Chriſtus non meruit incarnationem abſolute ſumptam, meruit tamen illam vt redemptiuam certorum hominum. 125.b.

Certitudo fidei, & certitudo gratiæ ex quibus proueniãt. 133.a.

Cognitum a Deo non eſt aliud ab ipſo. 8 d.

Cognitio intuitiua non ſolum eſt ea, quæ eſt rei immediate in ſeipſa, verum etiam quæ eſt rei in alio intuitiue cognitio, in quo res illa non ſolum intuitiue, ſed etiã cauſaliter continetur. 10 b.

Cognitio propria & perfecta rei, licet haberi non poſſit per ſpeciem deficientem, & inadæquatam, haberi tamen poteſt per ſpeciem excedentem. 12.a.

Cognitione comprehendi quid ſit. 28.b.

Conformitas humanæ voluntatis ad diuinam penes quid ſit attendenda. 195.196.

Conformari ne teneatur hominis voluntas voluntati Dei reuelantis ei ſuam damnationem. 195.c.d

Contingentiæ rerum prima, & radicalis cauſa quæ ſit. 188.189.

Contingentiæ cauſa duplex, prima, & radicalis vna, proxima altera. 189.c.

Conuerſio peccatoris duplex, vna ordinaria, & conſueta, altera extraordinaria, & miraculoſa. 142.b

D,

DEus intelligit ſe per ſeipſum. 5.b.d.

Deus primo ſeipſum intelligit, deinde alia a ſe, non quidem in ſeipſis obiectiue, ſed in ſeipſo. 7.a.b.c.d 8.a.

Deus extra ſe tanquam in quo nihil intelligit, bene tamen tanquam quod. 9.a.

Deus non vileſcit intelligendo alia a ſe. 9.a.

Deus an ne cognoſcat alia a ſe intuitiue. 9.c.d.10.a.b.

Deũ cognoſcere alia a ſe prout ſunt in ipſo, quomodo ſit accipiendũ. 10.b.

Deus aliorum a ſe habet propriam, & diſtinctã cognitionem. 10.c.d.

Deus cognoſcit res in propria natura, non quidem in ſeipſis obiectiue, ſed in ſuis rationibus idealibus. 12.a.

Deus cognoſcit omnia ſingularia. 12.c.d.&.13.a.b.

Deus cognoſcit hominum cogitata. 13.c.

Deus admittit ſecum ſecundas cauſas diuini ordinis, & diuinæ rationis executrices. 15.a.

Deus ſeipſum comprehendit. 28.c.

Deus quo ſenſu dicatur ſe finite cognoſcere. 29.c.

Deus intelligit enunciabilia, non cõponendo, intelligit diſcurſus nõ diſcurrendo. 29.30.31.

Deus habet ſcientiam ratiocinandi tanquã ſciens, nõ tãquã vtẽs. 31.c.

Deus quomodo dicatur præſcire futura. 40.a.

Deus ſimul ſcit repugnantia, non tamen pro eadem temporis menſura, ſed pro alia, & alia, cui æternitas coexiſtit. 40.b.

Deus præſens adeſt rebus omnibus. 60.a.b.c.

Deus eſt in rebus omnibus immediate cum immediatione virtutis, tũ immediatione ſuppoſiti. 62.b.c.

Deus eſt rebus intimior, quam ipſæ res ſibi ipſis. 63.a.

Deũ exiſtere in rebus per eſſentiam


præ-

præſentiam, & potentiam, quid ſit. 64.a.b.c.d.

Deus ſpecialiori modo eſt in creatura rationali. 65.c.d,

Deus vbi habitat, ibi eſt, non contra, 65.d,

Deus vtrum ſit in dæmonibus. 66.d

Deus non eſt æqualiter in rebus omnibus. 67.a,

Deus quomodo ſit in ſeipſo. 67.b.c,

Deus vbi erat ante Mundi creationem. 67.c,

Deus nullibi eſt tanquam in loco. 68.a.

Deus vbique eſt non localiter, ſed repletiue. 68.c d,

Dei locus ille dicitur, vbi ſignanter, operatur. 69.b.

Deus ſua immenſitate omnem locũ complet non ſolum actualem, verum etiam poſsibilem, vnde & extra Mundum eſſe dicitur, non actualiter, ſed potẽtialiter, & poſſibiliter. 69.c.

Deo ſoli conuenit eſſe vbique primo, & per ſe, & non per accidens. 70.a,

Deus quomodo fuerit vbiq; ab ęterno. 70.d.71.a,

Deus eſt omnino immutabilis. 71.72.73.

Deus commouetur affectibus, non affectu, ſed effectu. 85.a,

Deus omnes homines ad beatitudinem creauit. 134.b.

Deus rebus prouiſis dat media ad finem. ibidem.

Deus prouidet rebus ſuauiter. ibid.

Deus nullo reſpectu ad peccatũ poteſt hominẽ punire pena ſenſus. 137.a,

Deum creaſſe homines ad beatitudinem, quomodo ſit intelligendum. 137.b.

Deus nullo reſpectu ad culpam poteſt hominem afficere pœna damni. 137.d.

Deus actu poſitiuo voluntatis vult permittere malum culpæ. 139.c.

Deus non vult, neque non vult peccata reproborum. ibidem.

Deus actu poſitiuo voluntatis, neque directe, neque indirecte vult obdurationem reproborum. 140.a.b,

Deus vult obdurationem reproborum, non poſitiue influendo, ſed gratiã ſubtrahendo, & auxilia. 179.c.

Deus nec directe, nec indirecte eſt author mali culpæ. 141.a.b.

Deus vtrum deneget auxilia neceſſaria ad ſalutem. 141.c.

Deus tribuit reprobis auxilia quib⁹ poſſunt conuerti, non tamen quibus efficaciter cõuertantur. 143.b

Deus quanuis non det, paratus eſt tamen dare reprobis auxilium efficax, ſi per eos non ſtaret. 123.d.

Deus ſi ageret ex neceſsitate naturę, & immediate, omnia fuiſſent producta ab æterno. 158.b.

Deus ad extra nihil agit ex neceſsitate, nec ex neceſsitate naturæ, nec ex neceſstate ſuæ ordinationis. 163.b.c.

Deus multa poteſt de potentia abſoluta, quæ non poteſt de potentia ordinaria, ſiue de iuſtitia. 163.c.d.

Deus poteſt facere, quod alioquin nec facit, nec eſt facturus, nec vult facere, vnde poteſt alia facere, quam quæ facit. 164.a.b,

Deus poteſt plura facere, quam præſciuerit, aut ſtatuerit ſe facturum, quanuis nihil faciat, niſi quod diſpoſuit ſe facturum. 165.a,

Deus nunc poteſt, quod olim potuit 165.b.c.d,

Deus ſub eadem ſpecie poteſt efficere nobiliora indiuidua, addendo ad gradum bonitatis accidentariæ, non tamen addendo ad gradum bonitatis eſſentialis. 170.c.d.

Deus qualibet ſpecie perfecta data, poteſt perfectiorem efficere, idq; in infinitum, 170.171.a,

Deus poteſt cum facta meliorare, tũ alia meliora facere. 171.a.b,

Deus optima ratione produxit omnia. 172.a,

Deum feciſſe res valde bonas, quomodo intelligendum. 173.d,

Deo maxime competit libere agere. 176.a,

Deum pœnitet facti, non affectu, ſed effectu. 158.a,

Deus aliquid prænunciat euenturũ ſecundum ordinem cauſarum inferiorum, quod tamen non eueniet, quia aliter eſt in diſpoſitione cauſæ ſupremæ. 178.b.

Deus eſt cauſa neceſſaria in eſſẽdo, non tamen in cauſando. 181.a.

Deus concurrit cum cauſis ſecundis agendo. 182.183.184.

Deus & cauſa ſecunda eadem numero actione cauſant commun em effectum. 184.b.

Deus vult ſe vt finem, duobus modis 191.

Deus nullo modo vult malum culpæ. 193.a.d,

Deus nec vult mala culpæ fieri, nec vult non fieri, ſed vult permittere mala culpæ fieri. 193.c,

Diuina eſſentia ſui quidem eſt propria & adæquata ſimilitudo, aliorum vero propria, ſed non adæquata. 8.a,

Diuina eſſentia eſt ratio cognoſcendi non ſolum formam, ſed etiam materiam. 14.c.

Diuinam excellentiam non dedecet hæc infima & intelligere & curare. 14.d

E,

Eſſe eſt effectus proprius & immediatus ipſius Dei. 63.b.c.

Eſſe, ſimpliciter melius eſt quam nõ eſſe, vnde in damnatis bonum entis præpõderat malo pænę. 122.a.

Entia omnia clauduntur duobus extremis, nempe ſupremo, quo non eſt dabile ſuperius, & infimo, quo non eſt dabile inferius. 162.c;

F.

Fatum quid ſit apud Mathematicos, apud Philoſophos, & apud theologos. 60.61.

Fati propria & completa diffinitio 61.c.

Fati proprietates enumerantur. 61.c.d.

Fatum eſſe, quo ſenſu negauerunt ſancti doctores, & quo ſenſu ſit admittendum. 62.b.

Futura contingentia Deus præſcit. 15.c.d.

Futura contingentia ſub ratione futuri non cognoſcuntur a Deo. 15.d.

Futurum contingens, qua huiuſmodi, non poteſt eſſe obiectum certę cognitionis. 15.d.

Futura nobis, ſunt Deo præſentia in ſua reali & actuali exiſtentia. 16.b.

Futura contingentia apud Scotum & alios, ſunt Deo præſentia, non quidem in eſſe reali actuali, ſed in eſſe cognito intuitiuo. ibidem.

Futura contingentia poſſunt certo ſciri, vel intuendo ipſorum exiſtẽtias actuales, vel cognoſcendo ea nõ in cauſis proximis præciſe, ſed in omnibus ſuis cauſis, ſiue impedientibus, ſiue nõ impedientib⁹ 21.b.

Fu-

Futurum contingens, etiam in ordine ad ſuam cauſam proximã poteſt certo cognoſci, cognoſcẽdo quod illa cauſa, etſi ſit impedibilis, non impedietur tamen. 21.c.
Futura contingentia quo ſenſu dicantur a Deo cognoſci. 21.c.
Futura ſunt extra ſuas cauſas in nũc æternitatis, non tamen ſimpliciter & abſolute. 22.23.a.b.
Futura contingentia non ſunt angelo præſentia. 23.d.

G,

GRatiæ certitudo ex quibus proueniat. 173.a.

H,

HVmani generis reparatio duplex, vna in communi, quæ eſt reparatio naturæ per abſtractionem ab hoc vel illo indiuiduo. Altera particularis, quæ conſiſtit in reparatione certorum hominum, ex vniuerſo hominum cœtu delectorum. Illa eſſe poteſt ſine iſta, vnde ſi nullus hominum ſaluaretur, ſuppoſito tamen peccato humani generis, filius Dei incarnaretur. Illam Chriſtus non meruit, hanc meruit. 125.c.126.c,
Ideas eſſe in Deo ꝓbatur. 43.44.45.
Idea non eſt forma, qua agens agit, ſed quam agens concipit, ad cuius ſimilitudinem agens operatur. Ex quo fit vt ideæ ſint in intellectu vt obiecta cognita. 44.d,
Idea in ſua ratione tria poſtulat. ib.
Ideæ eſſe non poſſunt extra Deum. 45 a.b,
Idearum ſex diffinitiones. 46.a.
Idea in Deo, de mente D. Thom. eſt eſſentia diuina prout imitabilis a creatura. 46.b.c.
Idea apud Scotum & Durandum eſt quiditas creaturæ, ab ipſo Deo cognita obiectiue. 46.c.47.a.b.c,
Idea in Deo nec eſt diuina eſſentia præciſe, nec reſpectus præciſe, ſed diuina eſſentia connotans reſpectum imitabilitatis ad creaturam. 48.d,
Idea in Deo eſt ipſa diuina eſſentia intellecta, vt imitabilis exemplariter. 47.a.49.a.
Idearum multitudo eſt in Deo, quæ multitudo non eſt multitudo rerum, nec multitudo rationũ formalium, ſed multitudo rationum intellectarum in diuino intellectu. 49.50.
Idea vna eſt omnium in Deo, idque materialiter, non formaliter. 51.c
Idea partim pertinet ad cognitionẽ praticam, partim ad cognitionẽ ſpeculatiuam, diuerſo tamen modo accepta. 53.a.b.c.d.
Idea eſt omnium quæ Deus cognoſcit. 54.55 56.57.
In diuinis ideis res creatæ verius habent eſſe, quam in ſeipſis. 58.c.
In diuinis Ideis omnia ſunt viuẽtia. 59.c.
Infinitum quomodo ſit a Deo cognobile. 25.c.d.26.27.
Infinitum qua huiuſmodi, nec ab intellectu creato, nec increato poteſt cognoſci. ibidem.
Infinitum repugnat finiri extra in re, non tamen in apprehenſione, nõ tanquam per tranſitum, ſed tanquam comprehẽſum, & adæquatum. 27.c.
Infinita in multitudine nõ dãtur tot, & quod præciſe. 28.a.
Intellectioni diuinæ quatuor conueniunt. 29.d.
Immediatio virtutis duplex. 65.a,
Incarnatio non eſt principaliter volita vt medium ordinatum ad ſalutem certorum hominum, ſed vt medium ordinatum ad ſalutem generis humani. 126.b.
In vniuerſo hominum genere plures pereunt, quam ſaluantur. 145. d.146.a.
In Chriſtianorum hominum multitudine plures ſaluantur, quã pereunt. ibid.
Iuſti rariſsime peccant, peccãtes vero citiſsime reſurgunt. 173.c.
Iacob non eſt mentibus dicens ſe eſſe Eſau fratrem ſuum. 155.c.

L,

LIberum arbitrium non ſolum cõuenit Deo, ſed etiam maxime cõuenit. 178.a.
Liberum arbitrium in Deo, Angelo, & homine reperitur, cum magna tamen differentia.

M,

MAla quomodo cadant ſub diuidam cognitionẽ. 24.a.b.c.a.
Malum non eſt appetibile, niſi forte per accidens. 192.c.
Malum culpæ neo per ſe, nec per accidens eſt volitum a Deo. 192.d.
Malum culpæ neque volente Deo fit, nec non volente, ſed permittente. 193.a,
Malum culpæ fieri, nullo modo eſt bonum. 193.d.
Matre Dei non poteſt vlla mater effici melior. 127.b,

N,

NIhil in mundo ſimpliciter fit a caſu. 181.a,
Nihil eſſe, maius eſt malum, quã miſerum eſſe. 138.d,
Non entia quomodo cadant ſub diuinam cognitionem. 24. a.b.c.d,
Nullus ordinatur ad pœnam, niſi præuiſus peccator. 139.a,

O,

OBduratio cordis humani fit ſub tractiõe diuini auxilij, & quodnam ſit illud auxilium. 144. c.d,
Obdurati peccatores in quo differãt a non obduratis. 145.b.c.d,
Omnia entia creata ſunt in Deo virtualiter, & eminenter 58.b,
Omnipotentia diuina penes quid attenditur, & vnde dicatur Deus omnipotens. 149.b.
Omnipotentiæ diuæin obiectum eſt poſsibile ſimpliciter. 149.c.
Omnipotentiæ diuinæ non ſubditur quod implicat contradictionem. 149.d.
Omnipotentia diuina rationi naturali eſt demonſtrabilis. 150. a.b.c.d,
Omnipotentia non eſt communicabilis creaturæ. 151.a,
Opinio affirmans poſſe hominem peccando ad eum ſtatum deuenire, in quo non poſsit, etiam dolendo, iuſtificari, falſa. 143.b,
Opinio aſſerens poſſe hominem peccando ad eum ſtatum ꝑuenire, in quo non poſsit pœnitere, falſa. ibidem.
Opinio dicens peccatorem peccata cumulando, & frequentando mereri a Deo ſic derelinqui, vt omnibus auxilijs ad ſalutem neceſſarijs deſtituatur, falſa. 143.a.

P,

Pec-

Peccata cur permittantur. 121.b.
Peccare non continetur ſub poſſibili,quod eſt obiectum diuinæ omnipotentiæ. 152.b.
Philoſophi detrahentes Deo rerum ſingularum cognitionem, & prouidentiam, ſibi pugnantia dixerunt. 13.c,
Poſsitne Deus falſum dicere, aut per ſe,aut per alios. 152. 153.154.155.156.
Poſsibile quod eſt obiectum diuinæ omnipotentiæ,quale ſit. 157. a.b.c,
Poſsibilium creaturæ, & non Deo tria ſunt genera. 157.b.
Poſsibile, aut impoſsibile penes quid ſit aliquid iudicandum. 160. 161.
Potentia actiua maxime competit Deo. 146.d.
Potentia paſsiua non habet locum in Deo. 147.a,
Potentia quomodo vere, & realiter ſit in Deo. ibidem.
Potentia diuina addit ad intellectũ, & voluntatem relationem principij executiui. 147.c,
Potentia Dei eſt infinita cum intenſiue,tum extenſiue. 148. a b.c.d,
Potentiæ actiuæ,reſpondere potentiam paſsiuam, quomodo ſit intelligendum. 148 d.
Potentiæ diuinæ effecta terminantur ſecundum ordinem rationis, & diſpoſitionem ſuæ voluntatis 149.a.
Potentia non poteſt in aliquem effectum tribus ex cauſis. 150.d.
Potentia diuina intrinſece eſt vna, multiplex vero extrinſece, & obiectiue. 160.161.
Prædeſtinationis vis, & poteſtas explicatur. 102.c d.
Prædeſtinatio,& prouidentia differunt. 103.a,
Prædeſtinat Deus aliquos. 103.a.b.
Prædeſtinatio in ſui notione includit,tam actum intellectus, quam actum voluntatis,& in quo actu formaliter, & eſſentialiter conſiſtat. 104.105.106.
Prædeſtinatio ponit aliquid in prædeſtinato, non formaliter ſed effectiue. 109.a.b,
Prædeſtinationis vtrum aſsignabilis ſit aliqua cauſa ex parte prædeſtinati. 108.109.110.111. 112.113.114.115.116.117.118.
Prædeſtinationis, & reprobationis in communi aſsignatur cauſa. 118.a.b,
Prædeſtinati non neceſſario ſunt boni, ſed propria voluntate. 120.b.c.
Prædeſtinatio habet certitudinem, & infallibilitatem, ex parte prouidentiæ,præſcientiæ, & diuinæ voluntatis. 126.d.
Prędeſtinatus certo, & contingenter ſaluatur. 127.b,
Prædeſtinatis multa Deus adminicula præſtat ad ſalutem. 128.a.
Prædeſtinatus an mori poſsit in peccato mortali? 128 b,
Prædeſtinatorum numerus, tam formalis,quam materialis,nõ ſolum eſt a Deo certo cognitus, verum etiam ab eodem præfinitus. 129.d.
Prædeſtinatorũ numerus ſoli Deo cognitus. 130 b.
Prædeſtinatorum numerus immutabilis,neque augeri poteſt, neq; diminui. 130.c.d.
Prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum. 131.a.b.c.
Prædeſtinato eſt orandum pro effectu ſalutis. 131.c.d,
Prędeſtinationis effectus eſt, quidquid homini adiumento eſt ad ſalutem. 131.c.
Prædeſtinatorum nulli innoteſcit ſua prædeſtinatio. 132.a b.c.
Prædeſtinati non peccant perſeueranter. 133.b.
Prædeſtinatio Chriſti eſt cauſa exẽplaris finalis, & meritoria noſtræ prædeſtinationis. 113.b.c.d.
Prædeſtinatio Chriſti,de mente Diui Thomæ, conſecuta eſt noſtrã prædeſtinationem, at de mente Scoti prædeſtinatio hominum conſecuta eſt prædeſtinationem Chriſti. Vnde apud ipſum, incarnatio prius eſt volita abſolute,deinde vt redemptiua. 124. b.c.d,
Prædeſtinatio Chriſti abſolute fuit finis,qui, noſtræ prædeſtinationis,vt redemptiua vero fuit medium præordinatum ad noſtram ſalutem. 125.a.
Præſcientia diuina non imponit rebus preſcitis neceſsitatem abſolutam,per ſe, bene tamen per accidens. 20.c.
Præſcientia quomodo ſe habeat ad prædeſtinationem. 120.b.
Prouidentiam quidam ex toto, quidam vero ex parte negauerunt. 74.b.
Prouidentiam eſſe in Deo Theologice & Phyſice demonſtratur. 76.77.
Prouidentiæ diuinæ omnia ſubijciuntur. 78.79.80.81.82. 83.84.
Prouidentia quid eſt iuxta Theologos,& Philoſophos. 88.89.
Prouidentia diuina fundamentum habet in diuina volũtate. 90.a.b,
Prouidentia, & fatum quomodo differant. 92.a.b,
Prouidet Deus omnibus immediate quoad rationem rerum gubernandarum,non autem quoad ordinis executionem. 93.a.b,
Prouidentiæ diuinæ executores qui ſint. 93.94.
Prouidentia & gubernatio qui differant. 95.d,
Prouidentia an imponat rebus prouiſis neceſsitatem. 96. vſque ad folium 100. Et ibi refutatur noua quædam opinio Syluestri.
Prouidentia diuina circa prędeſtinatos eſt particulariſsima. 128 c.
Proxima diſpoſitio ad gloriam eſt gratia finalis. 131.a,

Q.

Qualitas corporea an poſsit omnino eſſe ſeparata. 166.d, 170.a,

R.

Reparatio generis humani duplex, vna in communi, altera particularis. 125 126.
Reprobat Deus aliquos. 133.a.b,
Reprobatio certorum hominum vtrum ſtet cum voluntate ſalutis hominum. 134.c.
Reprobationis an ſit cauſa aliqua. 134.135.136.137.
Reprobatio multos actus includit. 138.a.
Reprobatio a priori, eſt firmum decretum non dandi gloriam. A poſteriore vero, & ex effectu, eſt ratio mente diuina concepta, & a diuina voluntate comprobata perducendi quoſdam ad ſupplicium ſempiternum. 138.a.b,
Reprobatio, quemadmodum & prædeſtinatio eſt concluſio diuini con-

conſilij a diuina voluntate accep tata. 1,8.b,
Reprobationis per ſe effecta, quæ ſint. 140.a.b.
Reprobis dantur non ſolum communia, verum etiam ſpecialia auxilia. 142.b,
Reprobis non denegātur ſufficientia, & neceſſaria auxilia ad ſalutē. 142.d,
Reproborum nulli datur ſuperabundans, & efficax auxilium. 143.a.
Reprobi deſtituuntur auxilio efficaci, duplici cauſa. 144.a,

S,

SCientia eſt in Deo, & in quo conſiſtat formalis ratio ſcientiæ. 3.b.5.a.
Scientia diuina quomodo ſit vniuerſalis, ac particularis. 31.32,
Scientia Dei quomodo ſit, aut non ſit variabilis. 32.33.34.35.36.37,
Scientia Dei eſt cauſa rerum. 41.42.d.b,
Scientia viſionis ſupponit determinationem diuinæ voluntatis. 42.d.43.a,
Scitum a Deo quomodo ſortiatur neceſsitatem. 18.d.19.a.b.c.d, 20.a.b.c,
Syluestri noua quædam opinio circa determinationem diuinæ voluntatis recitatur, & refutatur. 38.39.
Stoici præſcientiam futurorum admittentes, contingentiam ſuſtulerunt. 18.b,
Peripatetici vero, data rerum cōtingentia, prouidentiam negauerunt. 18.c,

V,

VElle alia a ſe non importat perfectionem in Deo, ſed eſt inclinatio conſequens perfectionem. 191.192.
Velle Deum omnes ſaluos fieri tribus modis exponitur. 187.189.
Vniuerſum non eſt optimum ſimpliciter. 173.d,
Vniuerſum potuit effici melius, tam intenſiue, quam extenſiue. 173.a, 174.
Vniuerſum melioratis eius partibus partim remanet idem, partim nō idem. 174.c.d.
Vni cadenti alter ſufficitur ex diuina ordinatione. 129 a.
Voluntas eſt in Deo. 175.b.c,
Voluntas Dei eſt omnino immutabilis. 177.d,
Voluntatis diuinæ an ſit cauſa aliqua 178.179.
Voluntas diuina ad effecta externa immediatius concurrit, quam intellectus. 181.a.b.c.d,
Voluntas beneplaciti, quæ ſit, & voluntas ſigni. 184.c.
Voluntatis diuinæ ſigna, quæ, & quot ſunt. 184 c,
Voluntas Dei an ſemper impletur. 186.187,
Voluntas Dei quam neceſsitatem rebus imponat. 189.d,
Voluntatis diuinæ ad ſuam eſſentiam habitudo duplex, vna neceſſaria, altera libera. 191.a.b,
Voluntas humana diuinæ quomodo ſit conformabilis. 195.196.

FINIS TOTIVS indicis.

# QVAESTIO PRIMA PROLOGI.

## ¶ *Vtrum ſacra Theologia ſit ſcientia?*

QVAESTIONIS cuiuſq; explicatio tribꝰ membris continetur, quorum primo aſſertiones ponuntur noſtram ſententiam explicãtes, ſecundo earundem aſſertionum refutationes: tertio ipſarum refutationum diſſolutiones. Eritq; perpetua hæc nobis tractãdarum difficilium quæſtionum ratio.

Theologia quid.

¶ IN præfatione igitur Magiſtri quæri multa, ac diſceptari à Theologis conſueuerunt, in quibus illud eſt primum, Anne ſacra Theologia prout ſignificat habitũ quẽdam vnius ex altero deductiuum, ſit in ſcientijs habenda?

¶ Pro explicatione igitur quæſtionis initio annotandum eſt, Theologiæ nomine contineri diuinarum rerum explicationẽ per diſcurſum Syllogiſticum.

Diſcurſus Theologicus varius.

Hic porro diſcurſus ſyllogiſticus varius eſt: aut enim ex propoſitionibus reuelatis, quatenus reuelatæ ſunt, conficitur, ſiue ſignificata illarum propoſitionum ſint naturaliter cognobilia, ſiue non ſint, ſed ſupernaturaliter ſolum innoteſcant, veluti Deũ eſſe Trinum, & vnum. Aut certe ex propoſitionibus conficitur naturaliter cognobilibus, iiſq; aut neceſſarijs, aut nõ neceſſarijs, ſed probabilibus duntaxat. Ita fit, vt triplex fiat in tractandis rebus Theologicis diſcurſus: primus ex propoſitionibus reuelatis, qua huiuſmodi: ſecundus ex propoſitionibus neceſſarijs, naturaliter cognobilibus: tertius ex probabilibus. Sed iam horum diſcurſuum, ſiue probationũ exẽpla ſubijciamus. Sit propoſitum Theologo oſtendere, Deum eſſe vnum, id trifariam oſtendi poteſt, vno modo ex propoſitionibus reuelatis, in hunc modum, Eſt diuinis literis traditum Deut. 6. Audi Iſrael, Deus tuus Deus vnus eſt. Itẽ pſal. 17. Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter DEVM noſtrum? Quaſi dicat, Nullus eſt Deus ab eo, quem populus Hebræorũ colit: eſt igitur Deus vnus. Conſecutio firma eſt: quoniam ſcriptura diuinitus reuelata veritatem continet infallibilem. Phyſicẽ vero illud ipſũ ſic oſtẽditur. In quoq; genere id, quod primũ et ſummũ eſt, vnũ eſt. 8. Phyſ. & 12. Metaphy. at Deus in vniuerſa entium, cauſarum, & mouentium coordinatione, primum quiddam ac ſummũ eſt, omnibus ãtecellens, õnibuſq; mouendi: & efficiendi cauſa exiſtens: eſt igitur vnus. Probabiliter vero illud ipſum ſic conficitur. Non eſt bona principum, & capitũ multitudo 12. Metaphy. At vniuerſitas recte ordinata, & diſpoſita eſt, & vniuerſitatis rector, ac moderator Deus eſt: Deus igitur vnus eſt.

Probatio Theologica triplex. Deuter. Pſalm. 17

Probatio rerũ diuinarum ex propoſitionibꝰ theologicis eſt ꝓprie, & vere Theologica.

Intereſt autẽ inter hos diſcurſus, ſiue inter has probandi rationes plurimum: quoniam prima illa probandi ratio ſola Theologica eſt. Nam Theologice aliquid oſtendere, nihil eſt aliud, quam propoſitiones theologicas ad illud oſtendẽdum aſſumere, quemadmodum phyſice, ac geometrice aliquid oſtendere, nihil eſt aliud quam propoſitiones phyſicas, aut geometricas ad illud oſtẽdendum adhibere: Iam aũt propoſitiones Theologicæ ſũt illæ, quæ in ſacro canone continentur, prout in ipſo continentur. Cõfirmatur diui Dionyſij teſtimonio in lib. de diuinis nominibus cap. 2. quo loco ait, Si is ſacris literis repugnet à philoſophia quoquẽ noſtra aberit quam lõgiſsimẽ, ſin aũt ſacrorum eloquiorum veritatem, quaſi quoddam ſignũ intuetur, hac nos regula ſuffulti, ad rationem cõtra ea, quæ nobis obijciuntur, pro viribus reddendã pergemus. His verbis magnus ille Dio-

niſius oſtendit, non poſſe theologice diſputari, agiq; cum eo, qui ſacrorū eloquiorum teſtimonia non recipit: Theologicè ergo argumētari eſt aliud nihil, quā propoſitiones reuelatas, qua huiuſmodi, ad rē docendam ſumere. Duæ vero reliquæ probādi rationes non ſunt theologicæ, ſed metaphyſicæ. Omnis ſiquidem diuinarū rerum, per ea quæ naturaliter innoteſcūt, explicatio ad metaphyſicen pertinet: Dici tamē poſſūt theologicæ miniſterialiter, quatenus ſcilicet cæteræ diſciplinæ humano ſtudio inuentæ Theologiæ inſeruiūt, & ancillantur. Hęc ſiquidē ſanctiſsima diſciplina q̄ſi in arce poſita cęteris ōnib⁹ artibus pręſidet, & illis quaſi ancillis imperat, quēadmodū eſt a Salomone in prouerbijs dictum, Miſit ancillas ſuas vocare ad arcē.

*Secunda, & tertia probatio ſimpliciter quidē metaphyſica eſt, Teologica vero miniſterialiter.*

*Prouer. 9*

*Corol. 1.* Hinc primū colligitur argumētationē Theologicam ex diuinis oraculis, & teſtimonijs cōſtare: ac proinde ex vtraq; propoſitione credita, vel certe ex altera id, quod eſt propoſitum, conficere.

*Corol. 2.* Deinde illud colligitur diuinę huius ſciētiæ, quæ Theologia dicitur, principia eſſe diuinarū literarū teſtimonia, ſiue veritates ſacri Canonis, quæ beatis mētibus ſunt euidentes, nobis vero viatoribus creditæ.

*Tria ſunt principiorū genera.* ℭ Cæterū annotandū eſt, Tria eſſe principiorum genera. Quædā enim ſunt prima ſimpliciter & omnino, ſunt autē ea, quæ ex ſe nota ſunt, & omnibus probātur, quæve in qualibet ſcientia ſupponuntur, veluti quoduis eſſe. aut non eſſe. Sunt alia, quæ non ſunt prima ſimpliciter, ſed in illa dūtaxat ſcientia cuius ſunt principia. Hæc eſſe ex alijs nō modo prioribus, verum etiā notioribus poſſunt demonſtrari: in illa tamen ſcientia, cuius ſunt principia ſupponuntur. Hoc genere continentur inferioris ſcientiæ principia: hæc enim in ſuperiori ſciētia probantur: in inferiore vero, & eidē ſubalternata ponuntur, & rata habentur, nulla interim adhibita, aut requiſita probatione. Sunt alia principia, quæ vim habēt illa quidem principij, non ſimpliciter, neq; in certo genere ſcientiæ, ſed in ordine ad certam concluſionem: quo genere continētur illæ propoſitiones, quæ ſumuntur in poſterioribus demonſtrationibus.

*Tria ſunt principiorū genera in theologia.* Ad hunc etiam modū, quod attinet ad principia Thæologiæ, alia ſunt ſimpliciter prima, veluti Deus eſt verax, omne reuelatum à Deo eſt verum: alia ſunt prima in ipſa Theologia duntaxat, cuiuſmodi ſunt articuli fidei. Nā articuli fidei in hac ſanctiſsima diſciplina ſupponuntur, & minime probātur. Sunt præterea articuli fidei quaſi quidam canones, & regulæ, ad quas omnis veritas theologica expēditur, & exigitur, vſque adeo vt pro vero habeatur dūtaxat quod eſt cum articulis fidei conſentiens: id vero tanquam falſum, & erroneū reijciatur, quod eſt ab illis diſſentiēs. Adde, quia ad fidei articulos fit vltima theologicarum veritatum, & cōcluſionum reſolutio. Sunt alia quæ nō ſunt prima ſimpliciter in ſacra Theologia, ſed in ordine ad certam cōcluſionem, cuiuſmodi eſt articulus reſurrectionis mortuorum. Hic ſiquidē articulus in ſacra doctrina ex altero tanquam ex cauſa colligitur, nempe ex Chriſti domini reſurrectione, quæ ipſa reſurrectionis mortuorum cauſa eſt, cum efficiens, tum exemplaris.

*Articuli fidei ſunt quidā canones.*

*Corol. 3.* Poſtremo hinc conficitur, Theologicā concluſionem eſſe omnem propoſitionem ex diuinis teſtimonijs, & fidei articulis collectam, ſiue illa propoſitio ad cognitionē, ſiue ad actionem pertineat: ſiue ſit naturaliter cognobilis, ſiue nō ſit: ſiue ſit articulus fidei, ſiue ſecus: ſiue formaliter in ſanctis literis cōtineatur, ſiue non, ſed virtualiter ſolum, & implicite, veluti Spiritum ſanctum a patre, & filio procedere, Chriſtū habuiſſe veram carnem, perſonas diuinas diſtingui oppoſitione relatiua. Hæc & huius generis cætera non explicantur in ſanctis literis, ex diuinis tamen teſtimonijs colliguntur, vt quæ in illis virtualiter contineantur.

*cōcluſio. Theologica.*

ℭ His in hunc modum conſtitutis, tres ſubijcimus concluſiones, ad quęſtionis propoſitæ explicationem attinentes. Hæc ergo

1.Cõcluſ. go prima ſtatuitur concluſio. Argumentatio theologica ex propoſitionibus naturaliter cognobilibus, ꝓbabilibus tamẽ, ꝓcedẽs nõ eſt ſciẽtiæ effectiua. Probatio. *Sciẽtia* eſt firma & euidẽs rei cognitio: at mediũ probabile firmã, & euidentem rei cognitionẽ efficere non poteſt, vtpote quia nõ neceſſariã habeat ad rem, quæ concludenda eſt, habitudinem: quippe quia ſic & aliter poſſit euenire: non eſt igitur effectiuũ ſciẽtiæ, ſed opinionis duntaxat, cui ſemper eſt cõiuncta reformidatio de oppoſito. Hæc tamen ex probabilibus ad rem theologicam oſtendendã argumentatio ad illum theologicum habitum pertinet, qui dicitur eorũ, quæ ſunt fidei, defenſiuus, ac declaratiuus. Theologi nanq; munus eſt, non diuinarũ modo ſcripturarũ teſtimonia ad fidei explicationem afferre, verũ etiã & illis vti, quæ ſunt aliarum ſcientiarum propria: quatenus videlicet cæteræ omnes artes, & ſcientiæ diuinæ theologiæ inſeruiunt. Hic eſt ille habitus theologicus, quo Diuo Auguſtino teſte 14. de Trin. cap. 1. fides ſaluberrima gignitur, roboratur, nutritur, atq; defenditur, qui idem non in omni fideli cernitur, ſed in doctis ſolum reperitur.

Habitus theologię defẽſiuus

Auguſti.

2.Cõclu. *Secũda* concluſio. Argumẽtatio theologica ex propoſitionibus naturaliter cognobilibus, neceſſarijs tamen procedẽs eſt ſciẽtiæ effectiua. Probatio. Omnis argumẽtatio demonſtratiua eſt ſcientiæ effectiua. Nam ſcientia eſt habitus concluſionis, quẽ peperit demõſtratio: atqui huiuſmodi argumentatio eſt demonſtratiua, vt quæ ex propoſitionibus conſtet neceſſarijs, & euidentibus: eſt igitur ſcientiæ effectiua, ac proinde habitus ex tali diſcurſu acquiſitus, eſt ſcientificus.

3.Cõcluſ. Tertia concluſio. Argumentatio vere, & proprie theologica ſimpliciter quidem & ſecundum ſe eſt effectiua ſcientiæ: per accidens vero, & relatione ad ſubiectũ tale, nempe viatorem, eſt ſolum fidei effectiua. Prior huius concluſionis pars in hunc modũ oſtenditur. Illa argumentatio eſt ex ſe, & vi ſua ſcientiæ effectiua, quæ ex propoſitionibus cõficitur neceſſarijs, & ex ſe maxime intelligibilibus, & in ſua veritate euidentibus: at argumẽtatio vere theologica eſt huiuſmodi: eſt igitur ex ſe, & vi ſua ſcientiæ effectiua. Minor oſtẽditur. Argumentatio vere theologica procedit ex articulis fidei: iam autẽ articuli fidei propoſitiones ſunt neceſſarię, partim ſimpliciter, vt Deum eſſe trinum, & vnũ, partim quodam modo, prout ſcilicet cadunt ſub diuinam præſcientiam, & præordinationẽ, vt Deũ incarnari, mortuos reſurgere, ſunt prę terea propoſitiones ex ſe maxime intelligibiles, & in ſua veritate euidẽtes. Etenim euidenter intelliguntur ab ijs, qui habitus Theologici perfecte ſunt participes, cuiuſmodi ſunt beati beato lumine illuſtrati. Viatori tamẽ qua huiuſmodi nõ ſunt euidentes, id quod ortũ habet nõ ex ineuidentia principiorũ in ſua veritate, ſed ex ſtatu ipſo. Nam vt ait Paulus. 2. Cor. 5. nunc per fidem, & non per ſpeciem ambulamus, fides autem eſt earum rerum, quæ non vidẽtur, aſſenſio. Aſsignemus ergo ſtatui noſtro, quod fidei principia alioqui euidentia credimus, non intelligimus.

Articuli fidei ſunt propoſitiones ex ſe maxime intelligibiles, & in ſua veritate euidentes.

Eandem etiam particulã hoc argumẽto oſtendo. Quemadmodũ ſe habet Geometrica demonſtratio ad illum, qui principijs Geometricis docẽtis ſolũ authoritate adductus aſſentitur, eodem modo ſe habet argumentatio pure Theologica ad illum, qui propoſitionibus reuelatis authoritate ſolum diuina cõmotus credit: at illa geometrica argumentatio ex ſe quidẽ eſt ſcientiæ effectiua, nõ tamẽ in ſubiecto tali: igitur & argumentatio pure Theologica ex ſe quidem eſt effectiua ſcientiæ, non autẽ in ſubiecto tali, nẽpe viatore. Maior propoſitio nota eſt: vtrique enim principia diſcurſus ſyllogiſtici ſunt ſolũ docẽtis authoritate perſuaſa. Minor ex eo intelligitur, quoniã probatio Geometrica ex propoſitionibus conſtat neceſſarijs, & ex ſe euidentibus, ac proinde ad gignendã ſcientiã accomodatis, in eo qui eaſdẽ propoſitiones intelligit. Quod ſi illa probatio fidem

aggenerauit, id accidit propterea, quia is qui diſcit principia non intellexit, ſed docentis ſolum authoritatē ſit ſecutus. ¶ Ad eundē etiā modū argumētatio vere Theologica ex ſe, ac vi ſua gignere ſcientiā poteſt in eo, cui ſūt principia intellecta, quod ſi fidē generet, ex eo accidit, quia ſubiectū ſic eſt ad illa pricipia affectū, qui a ſcillicet non videt ea, ſed illis ſolū authoritate adductus aſſentitur.

Argumentatio uere theologica ſecundū ſe eſt ſciētię effectiua, ſecus in ſubiecto tali.

Poſterior concluſionis tertiæ pars in hūc modum oſtenditur. Ille nequaquam ſcire cenſendus eſt, cui neq; principia ſyllogiſtici diſcurſus ſunt euidentia, ſed authoritate ſolū alterius perſuaſa, neq; illa poteſt ad euidentia aliqua principia reuocare: ſed homo viator neq; principia Theologica intelligit, neq; illa poteſt ad euidentia aliqua principia reuocare: non ſcit igitur concluſiones ex talibus principijs deductas. Ita habitus theologicarum cōcluſionum ex ſe quidem eſt ſciētia, vt in viatore vero, fides. Dici tamen conſueuit vt ſic ſcientia imperfecta, abſoluenda tamen, & perficienda in patria.

Habitus theologicarum cōcluſionū ex ſe eſt ſcientia, vt in viatore vero fides.

¶ Pro huius rei maiori explicatione eſt magnopere annotanda diſtintio quædam cognitionis tradita ab Scoto. 3 q. prologi ar. 1 quo loco tribuit ſcientiā in ſcientiā ſecundū ſe, & in ſcientiā in ſubiecto tali. Eſt enim ſcientia ſecundū ſe illa cognitio, quā obiectum cognitū nata eſt efficere in intellectu proportionato, hoc eſt, cognitam habente, & perſpectā quiditatē illius obiecti, in cuius quiditatis comprehenſione, & euidēte cognitione poſita eſt cognitio omniū veritatum in tali obiecto virtualiter incluſarum. Ita quiditas lineæ cognita nata eſt oſtendere intellectui omnes veritates ſcibiles de linea, quæ vi, ac poteſtate ipſius cōtinentur. Scientia vero vt in ſubiecto tali, eſt illa cognitio, quæ nata eſt haberi a tali ſubiecto, ſiue a tali intellectu. ¶ Theologia igitur ſecundū ſe, eſt illa cognitio, quā obiectum theologicum cognitum natum eſt efficere in intellectu proportionato, cuiuſmodi eſt intellectus cernens obiectum theologicum. Theologia vero vt in ſubiecto tali, eſt illa cognitio quam obiectum theologicum natū eſt efficere in ſubiecto, ſiue in intellectu tali. Quia igitur obiectū theologicum ſecundū ſe natū eſt efficere euidentem theologicarum concluſionum cognitionem in intellectu proportionato, cuiuſmodi eſt intellectus lumine gloriæ illuſtratus: in intellectu vero non proportionato, non item: hinc efficitur, vt theologia ſecundū ſe ſit vere ſcientia: vt in nobis vero viatoribus, non item. Dicitur tamen ſcientia imperfecta, vel certe ęquiuoce dicitur ſcientia, vt quæ non reuocet ſuas concluſiones ad principia euidentia, & naturaliter cognobilia.

Scotus.

Sciētia ſecundū ſe, & ſcientia in ſubiecto tali.

Theologia ſecundum ſe.

Theologia vt in ſubiecto tali.

Theologia ſecundum ſe eſt uere ſciētia, vt in nobis vero viatoribus, non item.

Corol. 1.

¶ Hinc primū intelligitur intereſſe inter theologiam reuelatam, & cæteras diſciplinas: quoniam cæterarū ſcientiarum principia cognoſcuntur lumine naturali, & in ipſo cernuntur habitudines prædicatorum ad ſubiecta: at principia theologiæ reuelatæ cernuntur lumine beato, in quo lumine cernitur habitudo prædicati ad ſubiectum.

Coroll. 2.

¶ Ex quo ſubinde colligitur Theologiam beatorum eſſe vere ſciantiam. Nam beatæ mentes illæ lumine ſupernaturali illuſtratæ vident theologicas cōcluſiones in principijs ſibi euidenter cognitis.

Corol. 3.

¶ Poſtremo illud efficitur, Theologiam vt in nobis viatoribus partim eſſe ſcientiam, & partim non eſſe ſcientiam: eſt illa quidem ſcientia ſecundum ſe, & ſecundum ſuam ſpeciem: non eſt autem ſcientia prout in viatore reperitur, ſed fides, hoc eſt, concluſioni deductæ ex principijs habitu fidei aſſentimus, quemadmodum & principijs ipſis, licet fides ſit habitus principiorum immediate, mediate vero concluſionum ex ipſis deductarum.

Theologia vt in nobis viatoribꝰ, ſecundū ſe eſt ſciētia vt in nobis tamen viatoribꝰ non item.

1. argu.

REFV-

REFVTATIO CONCLVS.

1. Argu. Reliqua eſt harum concluſionum refutatio. Prima igitur concluſio refutatur ab Aureolo apud Alfonſum quæſt. 3. prologi artic. 3. Improbationis vero duplex eſt ratio. Primum, ſi talis argumentatio ex probabilibus procedens ad rem theologicam docendam, opinionem gigneret, nullo modo cognitio comparata ex tali diſcurſu, eſſet dicenda habitus Theologicus: ſiquidem opinio pugnet cum præſtantia, & dignitate habitus theologici. Deinde fruſtra in comparando huiuſmodi habitu opera poneretur, vt qui fidem myſteriorum non perficeret, aut corroboraret, ſed potius imminueret. Nanq; tali argumentatione veritas theologica homini perſuaderetur cum formidine, quam tamen reformidationem chriſtiana fides nullo modo admittit: igitur. &c.

2. ¶ Tertia concluſio in hunc modum refutatur, idque quoad priorem ſui partem. Argumentatio vere theologica ſecundum ſe ſumpta nō eſt demōſtratiua: nō eſt igitur ſciētiæ effectiua. Antecedēs patet perſequēdo ea, quæ in demonſtratione requiruntur, quæ ipſa in argumentatione vere theologica minime reperiuntur. Principio argumentatio Theologica non cōſtat ex neceſſarijs. Nam multi ex articulis fidei effecta dei externa declarant, ſeu incarnationem, corporum reſurrectionem, animarum glorificationem, ad quæ diuina volntas non ſe habet neceſſario ſed libere: non conficiunt igitur connexiones neceſſarias.

3. Deinde non conſtat ex propoſitionibus immediatis. Tum quia theologi non probabiliter ſolū, verum etiā demonſtratiue oſtendunt Deum eſſe, Deum eſſe vnum, Deum curare res omnes. &c. Tum quia veritates ſacri canonis per aliud, hoc eſt, per authoritatem eccleſiæ fidem ſibi conciliant, dicente Auguſtino contra epiſtolam Fundamenti cap. 5. Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ commoueret authoritas. (August.)

Non ſunt præterea illæ propoſitiones euidentes, quippe quia non omnium ſit fides. Vnde Paulus prædicabat Ieſū crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus ſtultitiam. Neque poſſunt illæ propoſitiones reuelatæ ad aliqua euidentia principia reuocari, vt ſatis patet. 4 (Rom. 10. 1. Cor. 1.)

Non ſunt itidē concluſione notiores, cum par fides habeatur propoſitioni probanti, & probatæ, vt docuit Scot. 3 d. 24. quæſt. 1. Non enim conſtantius, & firmius aſſentio illi propoſitioni, Chriſtus reſurrexit, atque illi, mortui reſurgunt, quæ tamen ex illa colligitur. 1. Corint. 15. item, Theſal. 4. 5 (Scotus.)

Non ſunt poſtremo illæ propoſitiones cauſæ concluſionis. Nam teſtimonium, tabulę & authoritas numerantur in externis argumentis in quibus medium non includitur in ſubiecto, ſed foris aſſumitur. 6

¶ His argumētis efficitur argumētationē theologicam, etiam ſecundum ſe ſumptam, non eſſe demonſtratiuam, ac per cōſequens neque ſcientiæ effectiuam.

¶ Poſteriorē etiā noſtræ illius concluſionis partem multi non comprobauerunt, vt qui exiſtiment theologiam reuelatam, etiā vt in nobis viatoribus eſſe vere ſciētiam, id vero D. Thomas 1. par. quæſt. 1. art. 2. ſic vult eſſe perſuaſum. Scientiæ ſubalternę ſunt vere ſcientiæ: & tamē principia ſyllogiſtici diſcurſus ſunt credita artifici ſubalterno: non enim in ſcientia requiritur euidentia principiorum, id quod aperte declarat Optice, quæ vt abſtrahit a Geometria, eſt vere ſcientia: vt ſic autē non habet euidentiam principiorum: igitur theologia reuelata, vt in viatore, eſt vere ſcientia, tametſi principia ſyllogiſtici (Thomas. 7. Perſpectiua eſt vere ſcientia.)

ſtici diſcurſus Theologo ſint credita.

Idem Thomas. 22. quæſt. 1. art. 5. ad 2. & 3. quæſt. prologi ſic argumentatur.
1. Quemadmodum ex principijs in lumine naturali euidentibus, aliquid concluditur quod ipſum omnibus probatur :( omnibus inquam, qui luminis illius ſunt participes) ita etiam ex articulis fidei ſupernaturali lumine cognitis aliquid efficitur, quod ipſum omnibus fidelibus, qui luminis illius ſunt participes, probatur: atqui ex illis principijs gignitur ſcientia: igitur & ex iſtis.

9. Alij apud Alfonſum quæſt. 2. prologi articul. 3. 4. ſic argumentantur. Argumentationis theologicæ principia ſunt ab ipſo viatore ex aliquo principio euidenter cognito deducibilia : igitur theologia reuelata, vt in nobis viatoribus, habet rationem ſcientiæ, vt quæ poſsit reuocare ſuas concluſiones ad aliqua principia euidentia. Antecedẽs oſtẽditur. Hoc principium eſt euidens, Omne reuelatum a Deo eſt verum, Deus enim cum ſit prima, & ſumma veritas neque fallere poteſt, neque falli, atqui omnes ſacri canonis propoſitiones hoc principio nituntur : ſunt enim a Deo reuelatæ, cui rei argumento ſunt miracula, & effecta vim omnem naturalem excedentia quibus Deus veritates ſacri canonis comprobauit, & hominibus perſuaſas eſſe voluit: igitur. &c.

## DILVTIO ARGVMENT.

Ad. 1. HAEc argumenta facile diluuntur. Ad primum Aureoli argumentum, quod attinet ad primum motiuum, reſpondetur, Theologiam non vti illis argumentationibus ad oſtendendam catholicam fidem, ſed explicandam potius, ac tuendam, vt ſcilicet homines non putent eſſe impoſsibile, aut certe rationi repugnare, id quod alioqui tradit, ac docet catholica fides. Explanatur autem veritas Theologica trifariam. Aut contrarijs aſſertionibus refellendis : aut aduerſarijs rationibus diluendis : aut noſtris probabiliter confirmandis. Neque fruſtra in parando huiuſmodi habitu opera inſumitur: quandoquidem huiuſmodi ex probabilibus procedentes argumentationes, non ad id adhibentur, vt fideles per eas inducantur ad credendum, ſed vt in fide ſemel ſuſcepta confirmentur. ℭ Vnde huiuſmodi argumentationes non imminuunt, ſed augent potius, & corroborant chriſtianæ fidei perſuaſionem. *Veritas theologica quot modis explanatur.*

ℭ Ad ſecundum contra priorem tertiæ concluſionis partem reſpondetur, negando antecedẽs. Nã illæ propoſitiones, quæ Dei effecta externa declarant, ſunt neceſſariæ, non quidem ſecundum ſe, & propter neceſſariam connexionem prædicati cum ſubiecto, ſed quatenus ſub diuinam præſcientiam, & præordinationem cadunt. Ad. 2.

Ad tertium negatur, diſcurſum Theologicum non conſtare ex propoſitionibus immediatis. Nam illæ propoſitiones quatenus ad Theologiam pertinent, ſunt primæ, & immediatæ. Iam ſi a Theologo probantur, id facit Theologus, non qua Theologus eſt, ſed quatenus Metaphyſici habitum induit. Sunt tamen illæ propoſitiones theologicæ miniſterialiter duntaxat. ℭ Porro authoritas Eccleſiæ non eſt cauſa demonſtratiua veritatum theologicarum, ſed ratio per quam veritatibus theologicis aſſentimus. Quem admodum etiam lumen intellectus agentis non eſt cauſa demonſtratiua principiorum naturalium, ſed ratio per quam, ſiue ſub qua principijs aſſentimus. Ad. 3. *Theologus non qua theologus, ſed qua Metaphyſicus ꝓbat principia fidei*

Ad quartum, negatur non conſtare ex euidentibus. Nam etſi propoſitiones theologicæ non ſint omnibus euidentes, ſunt tamen ſecundum ſe euidentes intellectui Ad. 4.

lectui proportionato, hoc eſt, lumine beato illuſtrato.

Ad. 5. Ad quintum, negatur theologicum diſcurſum non conſtare ex notioribus. Nam propoſitio, quæ probatur, aut formaliter continetur in ſacro canone, aut ſecus, ſed in altero formaliter expreſſo virtualiter continetur. Rurſus ſi formaliter continetur: aut accipitur ſimpliciter vt reuelata, aut vt ex altera deducta. ℂ Sit ergo prima propoſito. Si propoſitio probata formaliter continetur in ſanctis literis, ceu illa, Mortui reſurgunt, & accipitur vt reuelata ſimpliciter, tunc par fides habetur probatæ, & probanti: ratio enim aſſentiendi præciſe eſt diuina authoritas.

ℂ Secunda propoſitio. Si illa propoſitio probata accipitur vt probata, & vt ex altera in canone formaliter contenta, deducta, ſic etiam probanti, & probatæ par fides adhibetur, non tamen eodem modo: nam probanti aſſentimur non per aliud, probatæ vero per aliam propoſitionem aſſentimus, nempe per illam, ex qua deducitur.

ℂ Tertia propoſitio. Si formaliter non continetur in ſanctis literis, ſed ex altera formaliter explicata colligitur, veluti, Chriſtum habuiſſe veram carnem, tum æque aſſentimur vtrique, dummodo illa deductio ſit Eccleſiæ iudicio comprobata, non tamen eodem modo: nam probanti aſſentimur non per aliud: at probatæ, & deductæ aſſenſum præbemus, quatenus ex diuinis teſtimonijs deducitur.

Ad. 6. Cõcluſio theologica deduci poteſt duobus modis. Ad ſextum reſpondetur, concluſionem theologicam deduci poſſe duobus modis, vno modo prolato ſcripturæ teſtimonio: altero modo ſyllogiſtice, ſumpto medio ex natura ſubiecti ac prædicati. Verbi cauſa, ſit propoſitum oſtendere. Filium procedere a patre, id duobus modis poteſt oſtendi. Vno modo ſumpto ex authoritate ſcripturæ argumẽto, in hunc modum: Eſt apud Ioannẽ. 11. Ego ex Deo proceſsi: igitur filius ex patre procedit. Altero modo ſyllogiſticẽ in hunc modum, Perſona miſſa ducit originem ab ea a qua mittitur: at filius eſt a patre in mundum miſſus: ſic enim ait Ioan. 10. Quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum: igitur filius a patre ducit originem. Prior illa argumentandi ratio inartificioſa eſt. Nam Ariſtot. 1. de Rhetorica libro, argumentum ex authoritate, tabulis, teſtimonijs, & ex cæteris huiuſmodi ſumptum ἄτεχνον appellat, hoc eſt, ſine arte, ob id ſcilicet quia a probante non excogitatur, ſed foris aſſumitur. Hæc tamen argumentandi ratio vere theologica eſt, poteſtq; ad formam ſyllogiſticam reuocari in hunc modum. Omne reuelatum a Deo eſt verum: ſed reuelatum eſt a Deo filium ex patre procedere, Ioan. 11: eſt igitur illud infallibiliter verum: Filius igitur a patre procedit. In hac probatione verbũ, medium, non aſſumitur ex natura prædicati, aut ſubiecti, ſed extrinſecus aſciſcitur nempe ex natura diuinæ reuelationis. Argumentatio inartificioſa, quæ ſit.

ℂ At prior illa argumentandi ratio artificioſa eſt, vtpote in qua verbum medium conſequens ſit naturæ prædicati. Etenim huius, quod eſt procedere in diuinis, conſequens eſt hoc, quod eſt mitti. Dicit enim miſsio in mittente authoritatem non quidem ſuperioritatis, ſed originis. ℂ Et notandum, hanc duplicem deducendæ theologicæ concluſionis rationem ſolum habere locum, quando concluſio deducenda formaliter in ſacris literis continetur. Cæterum ſi concluſio tractanda formaliter non continetur in ſacris literis, veluti, Spiritum ſanctum ex filio procedere, ea concluſio eſt ſyllogiſtice ex aliquo ſcripturæ teſtimonio colligenda, veluti ex eo quod eſt apud Ioannem. 15 poſitum, Ille me clarifica-

bit, quia de meo accipiet. Nam quæcumque perſona in diuinis accipit ab altera, procedit ab ea: accipere namque eſt procedere, & contra.

Hinc intelligitur in argumentatione etiam Theologica verbum, medium, continere cauſam inhærentiæ prædicati cum ſubiecto Nam accipere in diuinis eſt cauſa proceſsionis. Ob id enim filius a patre procedit, quia accipit a patre. Non tamen putes in diuinis dari cauſam ſecundum rem, ſed conceptibiliter ſolum. Qui enim ordo reperitur in rebus cum diſtinguuntur reipſa, idem reperitur in conceptu animi, cum re ipſa minime diſtinguũtur: at ſi diuina eſſentia a diuinis attributis diſtingueretur, eſſet prior eiſdem, & cauſa ipſorum ſecundum rem: igitur conceptibiliter eadem eſſentia eſt prior attributis, eorumque cauſa exiſtit. Ita argumenta diluta ſunt, quibus prior tertiæ noſtræ concluſionis pars eſt improbata.

In diuinis nō datur cauſa ſecundum rē ſed cōceptibiliter ſolum

Ad. 7. ¶ Quod vero ad ea argumenta pertinet, quibus poſterior eiuſdẽ concluſionis pars eſt infirmata, negamus artifici ſubalterno, qua huiuſmodi principia eſſe credita, ſed in ellecta, & euidentia eidem eſſe potius aſſerimus, eo genere euidentiæ, quod in principijs requiritur. Eſt autem illud poſitum non in euidenti cognitione per cauſam, ſed in cognitione euidenti per ſenſum, & experientiam, quomodo principia eſſe cognobilia docet Ariſto. 2. poſter. cap. vltimo &.1. Metaphyſ. cap.1. Ita Optico, hoc eſt perſpectiuo ſenſu compertum, & notum eſt, omne illud quod videtur eminus, videri minus: cuius tamen cauſam nouit Geometria. Damus tamen Diuo Thomæ Optico qua huiuſmodi, principia eſſe credita quoad cognitionem propter quid, non tamen quoad cognitionem, quia eſt: alioqui perſpectiua qua huiuſmodi non eſſet ſcientia. ¶ Hinc ſequitur contra D. Thomam.1.par.quæſ.1. articul.2.& contra eius interpretem Caietanum, non pendere concluſiones ſcientiæ inferioris ex principijs ſuperioris quoad euidentiam, neque eſſe neceſſarium habitum inferiorem ad ſuperiorem reuocari, vt euidentiam conſequatur: ſiquidem artifici ſubalterno, qua huiuſmodi, principia ſint euidentia ſenſu, & experientia. Non ſic res habet in Theologia viatorũ, nam viatori qua huiuſmodi, principia theologiæ reuelatæ non ſunt euidentia: ſed credita omnino, & authoritate ſolum perſuaſa.

Artifici ſubalterno ſunt euidentia ſuæ artis principia

Artifici inferiori ſũt credita principia quoad cognitionē propter quid

Ad octauum, negatur conſequentia. Nam cognitio euidens eſt duplex, ſcilicet euidens euidentia viſionis: & euidens euidentia credibilitatis: iam vero ſcientia eſt cognitio euidens priori modo. Cernitur enim per diſcurſum demonſtratiuum, habitudo prædicati ad ſubiectum. Ex principijs igitur in naturali lumine euidentibus paritur ſcientia: quoniã illa principia ſunt euidentia in ſua veritate, euidentia inquã euidentia viſionis: ac proinde concluſio ex huiuſmodi principijs collecta, eſt habitus ſcientificus. Principia vero fidei ſunt euidentia, euidentia credibilitatis ſolum: ſunt enim euidenter credibilia propterea quod ſint a Deo miraculis confirmata, & ideo concluſio ex illis collecta nõ eſt ſciẽtifica, ſed ſolum fide tenetur, quemadmodũ & principia ex quibus colligitur, licet fides ſit habitus principiorũ immediate: cõcluſionũ vero ex ipſis deductarũ, mediate. Hoc tamen verum eſt in theologia prout eſt in viatore. Nam in theologia ſecundum ſe ſumpta, habitus principiorum eſt intellectus, habitus vero concluſionum eſt ſcientia. Ad.8.

Euidẽtia viſionis. Euidẽtia credibilitatis.

Fides eſt habitus principiorũ immediate, cõcluſionũ vero ex ipſis deductorũ, mediate.

¶ Notandum eſt hoc loco magnopere, videri aliquid euidentia viſionis tribus modis, primo modo ſenſus perceptione, hoc modo, ſunt euidentes coniunctiones contingentes, ceu niuem eſſe albam: vel intellectione extremorum, hoc modo princi-

Videtur aliquid euidentia viſionis tribus modis.

Ad.9.

pia

pia prima ſunt in ſua veritate euidentia: vel per ſyllogiſticum diſcurſum, hoc modo, concluſiones demonſtratæ ſunt in ſua veritate euidentes.

Ad nonum, negatur antecedens. Ad probationem vero conceſſa maiore, negatur minor. Nam miracula ipſi non vidimus: ac proinde Deum opt. Max. veritates ſacri canonis miraculis confirmaſſe, nobis eſt creditum duntaxat, & ſola Eccleſiæ authoritate perſuaſum. Omnino autē nihil ex ſigno ſiue naturali ſiue ſupernaturali poteſt euidenter concludi, niſi illud ſignū videatur. Falſa eſt igitur aſſertio dicens, propterea theologiā noſtrā eſſe vere ſcientiā: quoniā articuli fidei ſint fidelibus euidenter cogniti, vel ex aliquo euidenter cognito deducti. Vtrum autem Chriſti domini miracula euidentem effecerint eorum quæ Chriſtus aſſerebat, in hominibus cognitionem? Alia quæſtio eſt, alio etiam loco tractanda, & excutienda.

## QVÆSTIO SECVNDA PROLOGI.

¶ *Vtrum homini viatori poſſit diuinitus communicari cognitio euidens abſtractiua credibilium?*

Viator quis dicatur.

PRO explicatione quęſtionis ſunt nobis duo verba in quæſtione poſita explicanda, nempe viator, & cognitio abſtractiua. Eſt igitur viator ille, qui caret beatitudine ſibi de potentia Dei ordinata poſſibili, & eſt in ſtatu merendi. ¶ Per primam igitur particulam in definitione poſitam excluduntur beati comprehenſores, qui beatitudinem ſempiternam iam obtinent. ¶ Per ſecundam vero excipiuntur damnati, quibus beatitudo ſempiterna, de potētia Dei ordinata, non eſt poſſibilis. ¶ Tertia ac poſtrema particula excludit animas igne purgatorio excruciatas. Illæ ſiquidē vt careant beatitudine ſibi de potētia Dei ordinata poſſibili, non ſunt tamen in ſtatu merendi. ¶ Hinc iam patet hanc viatoris deſcriptionem eſſe abſolutam, vt quę neque excedat rem, quæ definitur, neque ab ea deficiat, ac minus apte eos vim huius nominis explicaſſe, qui viatorem eſſe tradiderunt eum, qui ad claram Dei viſionem, alioqui ſibi de potentia Dei ordinata poſſibilem, nondum peruenit, quo modo Ochamus 1. quæſt. prologi viatorem hominem ſibi putauit eſſe deſcribendum, aut eum, qui Deum in ſpeculo, & in ænigmate cognoſcit. Prior ſiquidem definitio latius patet re quæ definitur, conuenit enim animabus purgatorio igne cruciatis, quæ tamen non ſunt in via. Poſterior vero anguſtior eſt re quæ definitur. Namque Moſes & Paulus adhuc viatores facialem Dei viſionem obtinuerunt, quemadmodum D. Auguſtinus affirmat Epiſtola 112 ad Paulinam. Auguſt.

Deinde pro explicatione illius verbi, cognitio abſtractiua, notandū eſt duplex eſſe genus cognitionis. Intuitiuum vnum: abſtractiuum alterū, vt annotauit Scot. 7. quodlibeto. Cognitio intuitiua eſt cognitio rei immediate in ſeipſa, ſiue quę fertur immediate in rē præſentem ſecundū ſuā actualem exiſtentiam: immediate inquā, immediatione obiecti cogniti, ſiue cognitionis mediæ, non tamen immediatione rationis cognoſcendi, quæ eſt ſpecies, aut intelligibilis, aut ſenſibilis, quæ ſimul cum potentia cognitiua comprincipiat cognitionem, & cuius interuentu potentia cognitiua aſſimilatur rebus cognitis. Cognitio vero abſtractiua eſt cognitio rei in ſuo repreſentatiuo, hoc eſt, in ſpecie in animo inſilente ex ſenſus perceptione derelicta. ¶ Hinc iā multa intelliguntur inter cognitionem intuitiuam, & abſtractiuā diſcrimina. Primum diſcrimen eſt, quia potentia in cognitione intuitiua immediate mouetur ab obiecto præſente ſecundum

Cognitio intuitiua

Cognitio abſtractiua.

Multa inter intuitiuam, & abſtractiuā cognitionem diſcrimina.

ſuam actualem exiſtentiam: in cognitione vero abſtractiua ab imagine rei repreſentatiua, vel certe ab obiecto in imagine repreſentato. ℭ Secundum diſcrimen eſt, quoniam cognitio abſtractiua præuiã requirit cognitionem, nempe intuitiuam rei in ſe, aut in ſuo ſimili, intuitiua non item. Hoc diſcrimen naſcitur ex primo.

ℭ Tertiũ diſcrimen eſt, quoniã obiectum abſtractiuæ cognitionis abſtrahit ab exiſtentia, vel non exiſtentia: perficitur enim huiuſmodi cognitio per ſpeciem in animo inſidentẽ: intuitiua vero non itẽ. Perficitur enim immediata motione potẽtiæ ab obiecto. Hoc diſcrimen innoteſcit ex definitione intuitiuæ, & abſtractiuæ cognitionis.

Id quod non eſt, neque adeſt no poteſt cadere ſub intuitiuam cognitionem.

Hinc ſequitur id quod non eſt, vel præſens non adeſt, non poſſe cadere ſub intuitiuam cognitionem. Nihil enim eſt, a quo excitari potentia poſsit. ℭ Obijci contra poteſt: Fundamento relationis conſeruato, poteſt nihilominus terminus relationis cum ipſa relatione perire: ſed cognitio fundans reſpectum attingentiæ ad rem intuitiue cognitam, eſt abſolutum quiddam: poteſt igitur diuinitus conſeruari ſublato obiecto: & ſublato reſpectu, veluti ſi DEVS, Petro ſublato, conſeruaret viſionem Petri in potentia cognitiua. ℭ Dicimus veram eſſe maiorem propoſitionem, quando fundamentum eſt omnino abſolutum: ſecus ſi ſit abſolutum connotans reſpectum, cuiuſmodi eſt cognitio. Connotat enim cognitio intrinſece reſpectum ad obiectum cognitum.

Ex quo efficitur, vt pugnet vehementiſsimè eſſe cognitionem in aliquo, cum interim nihil cognoſcat, veluti viſionem in oculo, cum interim nihil videat. Cum igitur cognitio intuitiua connotet intrinſece reſpectum attingentiæ ad rem intuitiue cognitam, efficitur, vt poſito illo fundamento, neceſſario ponatur ille reſpectus: ac proinde nulla vi effici poſsit, vt cognoſcatur intuitiue quod non eſt, vel abeſt. ℭ Quartum diſcrimen eſt, quia cognitio intuitiua rerum duntaxat eſt ſingularium: terminatur enim ad rem actu exiſtentem, iam vero quod actu exiſtit ſingulare eſt, cognitio vero abſtractiua & rerum ſingularium eſt, & vniuerſalium. Nam vniuerſale quemadmodum efficitur, ſic etiam cognoſcitur abſtractione à rebus ſingulis. ℭ Quintum diſcrimen eſt, quia cognitio intuitiua eſt potentiæ cognitiuæ exterioris, abſtractiua vero eſt potentiæ cognitiuæ interioris ſolum. Ex quo ſubinde conſequitur, cognitionem intellectiuam, interim dum anima in corpore incluſa continetur, nõ eſſe intuitiuam: perficitur enim cognitione ſenſitiua media antecedente, vt docet Ariſt. 3. de anima libro, & in libro de ſenſu & ſenſili. ℭ Hinc conſequitur, quod cum intellectus cognoſcit hoc complexum, nẽpe, hoc calidum calefacit, non cognoſcit illud intuitiue, ſed abſtractiue, nempe cum immediate, hoc eſt, citra cognitionem mediam, illud non attingat, ſed mediante cognitione ſenſitiua, quæ pro hoc ſtatu antecedit omnem ſenſitiuam. Concedimus tamen intellectum nõ poſſe formare hoc complexum, nempe, hoc calidum calefacit, citra actualem rei exiſtentiam, & illam cognitionem intuitiuam terminari ad rem exiſtentem, quatenus exiſtens eſt: non tamen damus illã cognitionem eſſe intuitiuam: ſiquidem non immediate, hoc eſt, immediatione alterius cognitionis eiuſdem obiecti, tendat in rem cognitam obiectiue. Ita pro hoc ſtatu ſolius externi ſenſus cognitio eſt intuitiua, quantumuis reclamet Scot. 4. d. 45. quæſt. 3. item in quodlib. 9. 13.

Cognitio intellectiua ꝓ hoc ſtatu non eſt intuitiua.

ℭ Poſtremo notandum eſt, cognitionem abſtractiuam eſſe duplicẽ: vnam diſtinctam, & expreſſam: alteram confuſam. Cognitio abſtractiua diſtincta eſt ea, quæ habetur de re in proprio, & diſtincto repreſentatiuo, qualis eſt cognitio abſtractiua rei, quam vidi in ſe ipſa. Cognitio vero abſtractiua confuſa eſt rei in ſuo repreſentatiuo non proprio, neque diſtincto,

Cognitio abſtractiua duplex, ſcilicet diſtincta, & confuſa.

ſto, ſed ſimili proprio eius repreſentatiuo, qualis eſt cognitio abſtratiua rei, quam non vidi immediate in ſeipſa, ſed in ſuo ſimili, vt cognitio abſtractiua Romæ apud me, qui Romam nunquam vidi. Ac de vtroque genere cognitionis intuitiuo ſcilicet & abſtratiuo hæc annotaſſe ſufficiat, iam ad propoſitæ quæſtionis explicationem aggrediamur.

Cõcluſio vnica.

¶ Pro explicatione igitur quæſtionis ponitur vnica coucluſio, eaque negatiua: ea autẽ eſt huiuſmodi. Cognitio euidens abſtratiua credibilium, non poteſt diuinitus homini viatori cõmunicari. Hæc cõcluſio eſt Durãdi. 3. q. prologi, Alfonſi. 1. q. prologi, Thomæ etiam de Argentina. 3. queſt. prologi. Probatio. Illa cognitio, ſi comunicaretur viatori, aut attingeret diuinitatem immediate, aut mediate. Si immediate, iam non eſt abſtractiua, ſed intuitiua: ſi mediate, illud medium aut habet ſe, vt ratio cognoſcendi non cognita, ſed cum intellectu comprincipians cognitionem duntaxat, veluti ſpecies intelligibilis, aut ſe habet, vt ratio cognoſcendi cognita, ita quod in aliquo obiecto cognito diuinitas expreſſe, & diſtincte cognoſcatur. Si priori modo illud medium ſe habet, illa cognitio non eſt abſtractiua, ſed intuitiua. Nam interuentus ſpeciei, quæ eſt ratio cognoſcendi, non impedit quominus cognitio ſit intuitiua: alioqui cognitio ſenſus externi non eſſet intuitiua: at aduerſarij illam eſſe intuitiuam non ſentiunt modo, verum etiam docent. Sin vero poſteriore modo ſe habet illud medium: aut illud medium eſt aliquis effectus Dei ad extra, aut aliqua ſimilitudo creata poſita a Deo in intellectu. Non priori modo: ſic enim eueniret, vt illud medium diuinam eſſentiam adæquaret, tum quia effectus ducens in perfectam cognitionem cauſæ adæquat virtutem cauſæ, tum quia in illo medio cognito diuinitatis eſſentia virtualiter contineretur. Nam de ſententia aduerſariorũ

Viatori non poteſt communicari cognitio euidẽs abſtractiua credibilium.

Durãdus. Alfonſus. Argẽtina.

ſcot. in quodl. q. 7. & 17.

continens virtute notitiam alicuius, virtute etiam continet entitatem illius, ſic entitas effectus virtute continetur in cauſa, perquam cognoſcitur, & entitas paſſionis continetur in ratione formali ſubiecti, quæ in demonſtratione medij locum obtinet: iam autem nulla eſt res creata, quæ poſſit diuinitatis eſſentiam virtute continere: nulla igitur eſt res creata adextra cognita, quæ diſtinctã poſſit diuinitatis cognitionem præbere. Neque itidem illud medium eſſe poteſt imago aliqua creata poſita a Deo in intellectu. Tum primum, quia res inferioris gradus & ordinis deficiẽter repreſentant rem ſuperioris gradus, & ordinis, vt pote quia ſin ipſis deficienter, & imperfecte contineatur. Contra vero inferiora perfecte repreſentantur a diuina eſſentia, vt pote in qua tanquam in cauſa prima perfecte contineantur. ¶ Vnde diuina eſſentia eſt diſtincta ratio cognoſcẽdi omnia alia a ſe. Tum ſecundo, quia repreſentatiuũ alicuius per modum obiecti eſt ratio cognoſcendi illud propter ſimilitudinem: iam autem inter creatorem, & creaturam nulla intercedit ſimilitudo, neque ſecundum ſpeciem, neque ſecundum genus. Tum poſtremo, quia cum Deus ſit eſſentia infinita, & ſuum eſſe, oportet vt creata ſimilitudo ipſum repreſentans diſtincte, & expreſſe, ſit ſaltem in eſſe intentionali ſuum eſſe, & infinitum eſſe: at nulla creatura ſub quocunque eſſe ponatur ſiue reali, ſiue intentionali eſſe poteſt ſuum eſſe, & infinitum eſſe: igitur nulla imago creata poteſt diuinam eſſentiam diſtincte repreſentare, vt ſcilicet repreſentet illam ſicut eſt.

Non eſt dabilis imago creata expreſſe & diſtincte repreſentãs diuinam eſſentiã.

¶ Cum igitur cognitio illa abſtratiua diuinitatis communicata viatori, neque terminetur ad nudam eſſentiam immediate, neq; mediate, hoc eſt, interuẽtu alicuius medij continentis illam, aut virtualiter vt cauſa, aut repreſentatiue v t ſpecies: ſequitur non eſſe dabilem talem cognitionem neque eſſe viatori communicabilem.

Reſolutio rationis.

REFV-

## REFVTATIO CONCLVS.

Scotus in quodlib. quæſt. 7. 13. 14. Gabriel, Ochamum ſecutus .1. quæſ. prologi artic. 2. &. 3 Camaracenſis. 1. quæſ. prologi a noſtra concluſione diſſentiunt: ac proinde contrariam ei tenent, ac ſuſtinent aſſertionem his argumentis perſuaſi.

1. Arg. ¶ Principio ſic argumentantur, cognita diſtincte natura ſubiecti, innoteſcunt omnia quæ eidem intrinſece conueniunt: ſed diuina natura poteſt per aliquod medium diſtincte cognoſci: igitur illo medio cognito haberi poteſt a viatore expreſſa, & diſtincta diuinitatis cognitio, non intuitiua: igitur abſtractiua: ſiquidem illa cognitio eſt Deitatis non quidem in ſe ipſa, ſed in ſua ſimilitudine participata. Minor oſtenditur. Creatura etſi non ſit comparabilis cũ creatore ſecundum proportionem adæquationis entitatis ad entitatem, cum infinite in eſſendo excedatur a creatore: eſt tamen comparabilis ſecundum proportionem repreſentantis ad repreſentatum: non ſecundum adæquationem repreſentatiui ad potentiam cognitiuam: ſic enim eueniret, vt illud repreſentatiuum tam repreſentaret diuinam eſſentiam, quam ipſa eſt repreſentabilis, ac proinde eſſet ratio perfecte, & adæquate cognoſcendi diuinam eſſentiam: ſed ſecundum adæquationem potentiæ ad obiectũ, vt ſcilicet illud repreſentatiuũ tã repreſentet diuinã eſſentiã quãtũ attingi poteſt actione intellectus creati: finite autem attingitur: poteſt igitur diuina natura per aliquod medium creatũ diſtincte, & perfecte, licet non adæquate, cognoſci, adæquatione ſcilicet obiecti ad potentiam: bene tamen adæquatione potentiæ ad obiectum.

2. Arg. Secundo Deus poteſt efficere, vt quidquid euidenter nouit comprehenſor, euidenter etiam nouerit viator: at comprehenſor euidenter nouit omnes fidei veritates, & quidquid ex illis deducitur: igitur & hanc cognitionem poteſt Deus cõmunicare viatori, cumq; illa cognitio non ſit intuitiua, vt quæ hominẽ reponat extra ſtatum viæ, ſequitur vt ſit abſtractiua. Probatio maioris. Quemadmodum Deus poteſt omnem formam in materiã inducere, ita etiam poteſt in intellectu omnem notitiam collocare, non ſolum eam ad quam intellectus habet facultatem naturalem, ſed etiam eam ad quam habet potentiam obedientialem: igitur quancunque cognitionem habet comprehenſor, poteſt etiam diuina vi habere viator.

Tertio ad cognitionem abſtractiuam non neceſſario illud requiritur, vt obiectũ cognitum ſit præſens in ſuo repreſentatiuo, ſed ſatis eſt vt ſit præſens in ſeipſo: ſed Deitas non ſolũ eſt in ſeipſa præſens, ſed etiam omni rei ſecũdum ſuam eſſentiam præſentiſſima: cognoſci igitur abſtractiue, idque diſtincte, & euidenter poteſt. 3. Arg.

Quarto, præſentia rei cognitæ vel in ſua actuali exiſtentia, vel in ſuo repreſentatiuo ob id requiritur, vt vel res ipſa præſentialiter exiſtens, vel repreſentatiuum aliquod ipſius in ratione obiecti cogniti potentiam ipſam cognitricem moueat: ſed Deus poteſt ſe ſolo hoc ipſum præſtare, vt qui poſſit omnẽ cauſæ ſecundæ effectricis cauſalitatẽ ſupplere: poteſt igitur ſola cognitione ſui fieri præſens apud potentiam in ratione obiecti cogniti. 4. Arg.

Poſtremo D. Paulus meminit eorum, quæ in raptu, & exceſſu mentis viderat: atqui illa cognitio erat abſtractiua: etenim recordatio fit per ſpeciem rei in memoria derelictam: dabilis eſt igitur cognitio abſtractiua euidens diuinitatis. Conſecutio firma eſt: quia cognitio abſtractiua conſequens intuitiuam eſt euidens. 5. Arg.

Porro fundamentum noſtræ aſſertionis diluunt dicentes, ſatis eſſe ad cognitionẽ

abſtractiuam,vt res, quæ cognoſcitur, ſit in ſe præſens: licet non ſit potentiæ præſens in aliquo ſui præſẽtatiuo. Hęc eſt reſponſio Liqueti Scoti interpretis in quodl. quæſt.7.articul.2. Liquetus

## DILVTIO ARGVMENT.

Ad.1. SVpereſt, vt aduerſaria argumenta diluamus. Ad primum conceſſa maiore, negatur minor. Ad probationem vero minoris dicimus,quod etſi inter creatorem & creaturam ſit proportio adæquationis, non quidem obiecti ad potentiam, ſed potentiæ ad obiectum, illa tamen facultati adæquata cognitio eſt confuſa, & indiſtincta, ſiquidem omnes ſimilitudo creata deficienter repreſentet rem ſuperioris gradus, & ordinis, ac proinde non præbet intelligendum quidquid rei interne conuenit.

Ad.2. Ad ſecundum,Damus euidentem veritatum fidei cognitionem poſſe homini pro ſtatu iſto diuinitus communicari: illa tamen cognitio non eſt abſtractiua,ſed intuitiua: neque hominem excludit ſtatu viæ, cum non ſe habeat per modum formæ permanentis,ſed per modũ formæ tranſeuntis. Sola autem cognitio intuitiua Dei permanens hominem ſimpliciter beat,& a ſtatu ipſum viæ excludit. ¶ Cæterum vtrum huiuſmodi intuitiua cognitio poſsit homini viatori communicari, tertia diſtinctione diligenter exquiremus. (Contrarium ſentit Gabriel.1 q.prolo. ar.3.concluſio. 2.)

Ad.3. Ad tertium, negatur maior. Nam illud obiectum præſens aut attingitur a potentia, aut non attingitur, ſi non attingitur, non cognoſcitur: attingitur igitur. Iam autem ſi attingitur,aut in ſeipſo immediate attingitur, aut mediate,ſcilicet mediante altero cognito:ſi prius, eſt cognitio intuitiua: ſin vero poſterius,eſt abſtractiua: igitur cognitio abſtractiua eſſe nõ poteſt citra õnẽ præſentialitatẽ pręuiã.

Ad.4. Ad quartum conceſſa maiore, diſtinguitur minor. Nam etſi Deus poſsit ſupplere omnem cauſalitatem cauſæ effectiuæ ſimpliciter,non tamen cauſæ effectiuę mouentis obiectiue. Cuius rei ea ratio eſt, quia cognitio importat intrinſece reſpectum attingentiæ ad rem præſentem in ratione obiecti cogniti,quæ præſentia aut eſt rei in ſua actuali exiſtentia, aut in aliquo ſui repreſentatiuo. ¶ Et confirmatur, quia alias Deus poſſet notitiam intuitiuam ſui alicui communicare, cui alioqui diuina eſſentia non eſſet realiter ad intuendum propoſita,id quod tamen aduerſarij vt factu impoſsibile minime concedunt. Sic enim aliquis eſſet beatus,cum interim non videret diuinam eſſentiam, quod eſt impoſsibile.

Ad.5. Ad quintũ,negatur conſequentia, Tunc enim cognitio abſtractiua conſequens intuitiuã eſt euidens,quando res alioqui intuitiue cognita,eſt per propriã,& adæquatã ſpeciem repreſentabilis:ſic autẽ non eſt diuina Eſſentia repreſentabilis. ¶ Ex quo efficitur,vt illa Diui Pauli recordatio cognitio fuerit abſtractiua diuinæ eſſentiæ, quam viderat,confuſa tamen,& indiſtincta,quod genus recordationis eorum,quæ viderat,habuit Nabuchodonoſor.

Quod vero attinet ad reſponſionẽ aduerſariorũ,hãc ego nõ intelligo. Omnis ſiquidẽ cognitio perficitur præſentia rei cognitæ,pręſentia in quã aut in ſua actuali exiſtentia,aut in ſuo repreſentatiuo. Præterea ego ſic argumentor. Illud obiectum aut attingitur a potentia cognitiua,vel non attingitur:ſi non attingitur:nullo ergo modo cognoſcitur:Attingitur igitur. Aut ergo attingitur vt præſens in ſe,aut vt præſens in alio. Si priori modo:igitur non abſtractiue, ſed intuitiue cognoſcitur. Sin vero poſteriori modo: contineatur igitur oportet in illo alio aut virtualiter, aut repreſentatiue, ac proinde non iam citra omnem præſentialitatẽ præuiam cognoſcitur. Neque eſt quod dicat aduerſarius euadendo, illud eſſe præſens intellectui per ipſummet actum intelligendi, qui eſt formalis ſimilitudo, ſiue formalis

malis repreſentatio rei intellectæ. Nam hoc ipſum eſt pro nobis potius, quam contra nos. Nam ſi actus intelligendi eſt ſimilitudo rei cognitæ, ac proinde præſentiam efficit rei cognitæ apud intellectum: igitur illud, quod intelligitur, eſt præſens apud intellectum, interuentu alicuius formæ continentis ipſum repreſentatiue, cõtra quod ſumptum eſt ab aduerſario.

Nullo modo veritatis theologicæ, ſiue neceſſariç ſiue cõtingentis euidẽs cognitio abſtractiua poteſt viatori communicari: licet poſsit vtriuſque intuitiua cognitio communicari.

Tandem ex hac noſtra doctrina colligitur, nullius veritatis Theologicę, ſiue neceſſariæ, ſiue contingentis, veluti quod reſurrectio mortuorum erit, Chriſtus iudicabit viuos, & mortuos, &c. cognitionem abſtractiuam euidentem poſſe homini viatori communicari, non quidem neceſſariç, ceu huius, *Deus* eſt trinus, & vnus: quia non ſit dabilis imago aliqua creata, quæ Deitatem ſicuti eſt, expreſſe, & diſtincte repreſentet, vt docuimus: neque etiam contingentis, ſiquidem huiuſmodi veritatis euidentia pendet ex cognitione intuitiua aut creaturæ, aut Deitatis. Vtriuſq; tamen veritatis tam neceſſariæ, quã contingentis poteſt euidens cognitio intuitiua communicari, in ipſa videlicet Deitate intuitiue cognita, quæ cognitio eſt homini viatori per diuinam omnipotentiam cõmunicabilis, quemadmodũ tertia diſtinctione latiſsime docebimus.

Defenſio aduerſariæ opinionis.

¶ Si quis tamen velit oppoſitam ſententiam defendere, ad fundamentum noſtræ opinionis poteſt reſpondere adhibita diſtinctione de ſpecie in eſſendo, aut in repræſentando: Namque res inferioris ordinis & gradus in eſſendo, & finita, ac limitata in eſſendo, eſſe poteſt ſuperioris ordinis, & quodãmodo infinita in repreſentando. Neq; hoc continet repugnantiã. Nam illud prius cõuenit ſpeciei createç formaliter, hoc vero poſterius obiectiue, ſiue repreſentatiue, quemadmodum ſpecies lapidis formaliter, & in eſſendo eſt accidẽs, repreſentatiue vero, & obiectiue eſt ſubſtantia, vt recte annotauit Aureolus apud Capreolum in. 4. d. 45. q. 2.

Aureolus

## QVÆSTIO TERTIA PROLOGI.

¶ *Vtrum habitus Theologicus in viatore clariore aliquo lumine illuſtrato, ſit vere ac proprie ſcientia?*

DOCVIMVS habitum Theologicũ, prout in viatore, qua huiuſmodi reperitur, nõ eſſe ſcientiã, reliqua eſt illa quęſtio, qua quęri conſueuit, Vtrum idẽ habitus in viatore excellentiore lumine illuſtrato habeat rationem ſciẽtiæ? ¶ Pro reſpõſione ponitur cõcluſio negatiua, quæ eſt huiuſmodi. Nullũ eſt dabile lumẽ mediũ, in quo veritates fidei ſint euidẽtes, ſic quidẽ vt huiuſmodi euidẽtia ſtet, atq; cõſpiret cũ fide earundẽ veritatũ. Probatio cõcluſionis. Iſtud lumẽ ſi daretur, aut daretur propter priuatã eius cui datur vtilitatẽ: aut propter cõmunẽ Eccleſiæ vtilitatẽ. Nõ propter priuatã vtilitatẽ: ſic enim fieret, vt omnibus æquè cũ vitæ ſãctimonia, tũ diuinarũ ſcripturarũ lectione, & meditatione diſpoſitis daretur: at nõ datur: nõ enim omnes Theologi hoc ſe lumine illuſtratos ſentiunt. Neq; itidẽ datur propter Eccleſię vtilitatẽ: ita enim fieret, vt iſtud lumen in alios actione aliqua redũdaret. Etenim dona Spiritus Sancti, authore D Paulo 1. Cor. 12. actione manifeſtantur: At nulla videtur eſſe actio, huius luminis manifeſtatiua. Nam ſi qua eſſet maxime eſſet doctrina, & inſtitutio per quam alij de credibilibus inſtituuntur: at non videtur huiuſmodi habitus doctrina, & inſtitutione poſſe oſtendi. Nam ille doctor aut efficeret euidentia credibilia ijs, quos doceret, aut non efficeret. Dici non poteſt quod efficeret. Nam expers alicuius luminis non poteſt cernere, ac videre illud quod tali lumine eſt perſpicuum: at veritates fidei ſunt in illo lumine medio euidentes: nõ habẽtes: igitur

Cõcluſio.

Nullũ eſt dabile lumen medium, in quo veritates fidei ſint euidentes.

igitur tale lumen videre, ac cernere illas non poſſunt: atqui ij qui de credibilibus inſtituuntur, ſunt expertes illius luminis: cernere igitur ac videre veritates fidei eorũ doctrina, & inſtitutione minime poſſunt, qui talis luminis ſunt participes. Quod ſi doctor huius luminis particeps credibilia ipſa docendo non efficit euidentia, ſequitur vt eius inſtitutio a cæterorum theologorum, qui eo lumine carent, doctrina & inſtitutione non differet, ac propterea excellentior ille habitus ſuperuacaneus ſit, vtpote qui nulla actione oſtẽdi, aut permanare ad cæteros poſsit. Dur. q. 2. Prologi.

Præterea, aſſentiens alicui concluſioni principalius propter aſſerentis authoritatẽ, quã propter euidẽtiã, aut efficatiam rationis, ita ſcilicet vt ſublata authoritate, vel eidem omnino non aſſentiretur, vel certe minus firmiter aſſentiretur, illius cõcluſionis ſcientiam habere minime cenſendus eſt. Nam ſcientia eſt habitus, quo quilibet aſſentitur præciſe propter euidẽtiam, & efficaciam rationis: at quilibet Theologus quantumuis credibilium cognitione præcellat, ſic eſt affectus ad ipſa credibilia, vt ſc. eiſdem principalius aſſentiatur propter diuinam authoritatem, quam propter aliquam rationem humano ingenio repertã, quantumuis accuratam, & ſubtilem: relinquitur igitur nullum theologum quantũuis illuminatum, euidentem habere credibilium cognitionem, ac proinde neque ſcientiam. Minor ex eo cõſtat, quia ſi quęras ab eximio aliquo & excellẽti Theologo, qua ratione adductus credat Deum eſſe trinum, & vnum, Reſpondebit id ſe diuina authoritate adductum credere, ac continuo locũ, vel locos ſcripturæ indicabit.

Ad hæc: ſi illa propoſitio, Deus eſt Trinus, & vnus, eſt homini ei, qui medij illius luminis eſt particeps, euidens, aut eſt ei euidẽs immediate, ideſt, nõ per aliud mediũ, ſed ſola terminorũ ſignificatione cognita, & intellecta: aut mediate, ideſt, p aliquod aliud mediũ euidẽs, ex quo deducitur: neutro modo eſt euidens. Non priori modo, nam in principijs fidei coniunctio prædicati cum ſubiecto videri non poteſt, niſi diuina eſſentia intellectui immediate propoſita, id quod homini viatori conuenire non poteſt. Nunc enim per fidem, & non per ſpeciem ambulamus. 2. Corint. 5. Neq; itidem poſteriori modo. Nãq; addubitari poteſt illud aliud euidẽs, ex quo deducitur, vnde ſit euidentiam conſecutum? Vtrum ex Deo immediate, & in ſeipſo cognito, an ex effectis eius: non priori modo, ſiquidem illa cognitio non eſt viatori qua huiuſmodi de lege, ac de potẽtia Dei ordinata poſsibilis: neq; etiam poſteriori modo, ſiquidem effecta Dei ducunt in cognitionem vnitatis eſſentiæ, non itidem Trinitatis perſonarum.

Deinde, ſi illud lumen eſt euidentiæ effectiuum, iam quæro vtrum ſit tantę euidentiæ effectiuũ, vt ſufficiat elicere aſſenſum credibilium citra concurſum diuinæ authoritatis, vel non ſufficit. Si ſufficit, fruſtra ergo cõcurrit authoritas ad coeliciendum aſſenſum: ac proinde non neceſſario fides cum tali lumine coniungitur. Si nõ ſufficit: eſt igitur illud lumen ſuperuacaneum: ſiquidem ad eliciendum aſſenſum ſufficit fides.

Item, obiecto complexo euidenter cognito nemo poteſt libere diſſentire: ſed rebus ad credendum propoſitis poteſt homo fidelis quantuncunque illuminatus, & fidei doctrina excultus libere diſſentire, alioqui non poſſet fieri hæreticus: non poſſunt igitur à viatore credibilia per aliquod lumen euidenter cognoſci.

Accedit ad confirmationem, quia non minoris efficacitatis eſt lumen ſupernaturale, quam naturale: ſed principijs, & concluſionibus naturali lumine euidenter cognitis nemo poteſt libere diſſentire: igitur neque principijs, & cõcluſionibus theologicis ſupernaturali aliquo lumine euidenter cognitis.

Item, quod euidẽter cognoſcitur interuentu luminis naturalis noſtri intellectus,

non

non neceſſario coexigit fidem, ſiue aſſerẽtis authoritatem: igitur neq; illud quod euidenter cognoſcitur interuentu luminis ſupernaturalis, vt pote quod ſit efficacius.

Poſtremo, fieri non põt vt idem ſimul ſub ſcientiam, & fidem cadat, alioqui idẽ eſſet ſimul euidens, et ineuidens: igitur cũ euidenti cognitione credibilium, quæ paritur tali lumine, ſtare non põt aſſenſus cre ditiuus rerũ credibiliũ. Vide Durãdũ. q. 2. Prologi. Heruæũ. 1. q. Prol. Alfonſum. 2. q. prol.

Durãdus Heruæus Alfonſus

## REFVTATIO CONCLVS.

Henricus ponit lumen medium inter lumẽ fidei, & lumẽ gloriæ.

HEnrricus quod. l. 12. q. 2. a noſtra cõclu ſione diſſentit, vt qui exiſtimet in viris perfectis habitum theologicum eſſe vere ſcientiam, vt qui proficiſcatur ex principijs euidenter cognitis, non quidem lumine fidei, ſed lumine altero præſtantiore, & clariore, quod ipſum mediũ eſt interiectũ inter lumen fidei, & lumẽ gloriæ. Eſt ſiquidem illud lumen clarius lumine fidei, lumine vero gloriæ obſcurius, vtriuſq; tamẽ vim, & naturã participat: ac proinde neq; fidem pellit, ſed coexigit potius, neq; hominẽ ſtatu viæ excludit, aſsimilaturq; ꝓinde hoc lumen auroræ, quæ media intercedit inter caliginem noctis, & lucẽ meridianam, & naturæ vtriuſq; particeps eſt.

Auguſti.

Hanc ſententiam oſtendit Henricus patrum teſtimonijs, in quibus Auguſtinus explanans illud Ioannis. 1. Erat lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, ſic ait, Aliud eſt lumen ad credendum, aliud ad intelligendũ. Quod ipſum expreſsius docet Auguſtinus contra Conſentium, ſic inquiens. In rebus ad doctrinam ſalutarem pertinentibus, quas ratione percipere non dum valemus fides præcedat, qua cor mundetur, vt magnæ rationis lumen capiat, & perferat. Vnde rationabiliter dictum eſt per prophetam, Niſi credideritis, nõ intelligetis, vbi proculdubio diſcreuit hæc duo: deditq; conſilium, quo prius credamus, vt id, quod credimus, intelligere valeamus. Aperte his verbis Auguſtinus lumen fidei ſecernit a lumine intelligentiæ, quo credibilia iam percipiũtur, et intelligũtur. Vnde idem Auguſtinꝰ 14. de Trin. cap. 1. aperte dicit, eſſe quandam ſcientiam credibilium, qua non pollent fideles plurimi, licet polleant ipſa fide plurimum. Diſtinguit Auguſtinus ſciẽtiam credibilium a fide credibilium: ſed ſcientia diſtincta contra fidem in quadam cognitionis euidentia, & claritate cõſiſtit: igitur in viatore, qua viator eſt, reperitur clarior cognitio credibilium, quam fidei, qua non pollent fideles plurimi, quamuis polleant fide plurimum. Idem Auguſtinus contra Cõſentium ſic ait. Apoſtolus monet paratos nos eſſe debere ad reſponſionem omni poſcenti nos rationem de fide, & ſpe noſtra. Vnde ſi infidelis rationẽ poſcit fidei meæ, hanc ei reddo rationem, qua videat, quam præpoſtere poſcat rationem earum rerum, quas capere nõ poteſt. Si aũt iam fidelis rationẽ poſcat, vt quod credit intelligat, capacitas eius intuenda eſt, vt ſecundum rationem redditam ſumat fidei ſuæ quantam põt intelligentiam maiorem ſi plus capit, minorem, ſi minus: duntamen, quouſq; ad plenitudinem cognitionis, perfectionemq; perueniat, ab itinere fidei non recedat, quam ſi non dimiſerimus, non ſolum ad tantam intelligentiam rerum incorporearum, & immutabilium, quãta in hac vita ab hominibus capi poteſt, verum etiam ad ſummitatem contemplationis, quam dicit Apoſtolus facie ad faciẽ, veniemꝰ. Ita de ſẽtẽtia Auguſtini, cõtingit pro ſtatu huius vitę fidei veritates clariori lumine intelligere, quam ſit lumen fidei, quo easdẽ veritates credimus, non tamẽ illud intelligere, eſt videre, capiendo ipſum videre ꝓprie. Nã latius accipiendo, & ipſum credere, eſt videre: habet enim, inquit Auguſtinus in eadẽ contra Cõſentium epiſtola, & fides ſuos oculos, quibus quodam modo verum eſſe videt, quod non videt, & quibus certiſsime videt nondum ſe videre quod credit.

Auguſti.

Auguſti.

Auguſti.

Iſai. 7.

Leo etiam Papa ſanctiſsimus in eandẽ ſen-

Leo papa

ſententiam ſic loquitur. Non ambigimus ita cordibus veſtris radium resplenduiſſe diuinum, vt quod mentibus veſtris fide eſt inſitum, ſit etiam intelligentia comprehenſum.

Anſelmꝰ. Anſelmus proſol. 4. cap. ſic ait, Gratias tibi ago domine, quia quod prius credidi te donante, ſic intelligo te illuminante, vt ſi te eſſe nolim credere, nō poſsim nō intelligere. Non obſcure etiā D. Bernardus exponens illud Iob. 36. In manibus ſuis abſcondit lucem, lumen alterum videtur ponere, quod ſit clarius lumine fidei, in quo ea, quæ ſunt fidei, quodāmodo cōſpiciantur. Sic enim ait, Electis, & dilectis aliquando lumen vultus Dei oſtenditur, quod latet, & patet ad arbitrium tenentis, vt in hoc, quod in tranſitu videre permittitur, inardeſcat ad poſſeſsionem luminis ſempiterni. Aperte his verbis D. Bernardus lumen aliud ponit, quod ipſum medium intercedit inter lumen beatum & lumen fidei, quodq; ſit beati luminis quædam participatio, cuius interuentu pia mens, & illuminatur inſigniter, & cupiditate incenditur percipiendi luminis ſempiterni. Datur igitur in via lumen alterum præſtantius luminè fidei, quod ipſum pariat non iam fidem credibilium, ſed intelligentiam à credibilitate fidei ſeiunctam, quæq; ipſi credibilitati fidei ſuccedat. Hæc eſt Henrici de lumine medio ſententia ſanctorum patrum teſtemonijs fulta atq; confirmata.

Bernardꝰ

1. Cor. 12. Hanc eandem credibilium intelligentiam videtur Apoſtolus inſinuaſſe 1. Cor. cap. 12. cum ait, Alij datur ſermo ſapientiæ, alij fides. Sapientiam appellat clariorem notitiam credibilium, quam ſit ea, quam præſtat fides, qua, vt inquit Auguſtinus, non pollent fideles plurimi, quanuis polleant fide plurimum. Ita lux illa increata, quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, illuminat pro ſtatu huius vitæ homines duplici lumine, paruulos quidem lumine fidei, quo ceu lacte nutriuntur: maiores autem lumine intelligentiæ, quo ceu ſolido cibo veſcuntur. Quo lumine erat Apoſtolus illuſtratus, qui dicebat. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapiētes appellat, inquit Gloſa, non doctores, aut cognitores, ſed auditores, eoſq; capaces, quos eoſdem idem Apoſtolus ſpirituales appellat, vt contra incapaces, carnales, & animales, Animalis, inquit, non percipit, quæ Dei ſunt.

Homines proſtatu viæ duplici lumine illuminātur, nempe lumine fidei, & lumine intelligētiæ

1. Cor. 5. de uita ſolitaria ꝓpe finē.

## DILVTIO ARGVMENT.

Vera ſententia. Vera ſententia, & ab omnibus Theologis recepta, eſt veritatum fidei cognitionem obtineri poſſe duplici lumine: lumine quidem beato in patria, & lumine fidei in via, neq; datur lumen aliquod inter hæc duo lumina interiectum, quemadmodum quæſtionis huius articulo primo de multorum ſententia docuimus. Cæterū lumen fidei, quod eſt lumen viæ, magnā habet latitudinem, ac recipit magis & minus. In quibuſdā enim clarius, & illuſtrius eſt, in ijs ſcilicet qui caſto, & mundo corde in ſanctarum ſcripturarum lectionem, & in effectorum, ac mirabilium Dei meditationem incumbunt: in alijs vero rudioribus hoc ipſum lumen eſt obſcurius. Illi chriſtianæ fidei myſteria ſubtilius, apertius, non tamen euidentius intelligūt. Vnde eadem explanare, tueri, defendere, ac alijs tradere, & aperire nouerunt, hi vero non item. Neutri tamen vident credibilia, ea viſione quæ ſcientiam credibilium efficiat diſtinctam cōtra fidem, quidquid dicat Henricus.

Non omnes æque participāt lumē fidei: ſed quidam magis, & quidā minus.

Hæc tamen luminis fidei accretio appellatur à viris ſanctis lumen intelligentiæ, ſiue intelligentia credibilium appellatur: contenta tamen inter limites fidei, quam credibilium intelligentiam ſacri Eccleſiæ doctores habuerunt, & habent etiam multi pietate, & vitæ ſanctitate præſtantes.

Pſal. 33. Scriptum eſt enim, Accedite ad Deum, & illuminamini. Hi ſunt Montes, vt inquit Auguſtinus ſuper Ioannem cap. 1. qui ſupremi luminis radios abundatius excipiūt

vt ægris oculis eos offerant intuendos: quos tamen, niſi pulſa caligine, conſpicere, & contueri non poſſunt: pellitur aũt caligo, pulſis peccatis. Vide Auguſtinum ſuper Ioan. cap. 1. in expoſitione illorum verborum, Erat lux vera, & illorum, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Auguſti.

# DE RE SVBIECTA THEOLOGIAE.

## Quæſtio quarta.

*¶ Vtrum Deus ſit res ſacræ Theologiæ ſubiecta?*

AD huc eſſetné Theologia in ſcientijs docuimus. Supereſt, vt exquiramus quænam res ſit huic ſanctiſsimæ diſciplinæ ſubiecta, quam tractet, & in qua vniuerſa eius inſtitutio verſetur? ¶ Eſt igitur initio annotandũ, rem ſubiectam cuiq; ſcientiæ eſſe eam, quæ perſe primo, & per omnem modum in illa ſcientia tractatur, ita vt ipſius explicatione abſoluatur totius artis inſtitutio. Ita fit, vt quæ non perſe, ſed ex accidenti in ſcientijs tractantur, ceu exempla, quæ ad res explanandas adhibentur, non pertineant ad rem ſubiectam ſcientiæ. Fit ſecundo vt partes rei ſubiectæ, ſiue formales, ſiue materiales, cauſæ etiam & accidentia rei ſubiectæ, non pertineant ad rem ſubiectam. Hæc ſiquidem etſi conſulto, ac perſe in ſcientia tractantur: non tamen per ſe primũ eorum cognitio expetitur, vt pote quorum omnis tractatio ad rei ſubiectæ explicationem referatur, ſub cuius ratione formali omnia in ſcientia tractantur. Res ſubiecta ſcientię quænam ſit.

Corol. 1. ¶ Hinc iam multa colliguntur. Illud eſt primum, non eſſe idem materiam circa quam, & ſubiectum ſcientiæ. Nam omnia, quæ in ſcientia tractantur, ad materiam ſcientiæ pertinent: non tamen ſunt illa res, quæ eſt ſubiectum ſcientiæ: ſed aut partes, aut cauſæ, aut affectus, accidentiaue rei ſubiectæ nominantur. Illud igitur dicitur ſubiectum ſcientiæ in quo potiſsimum, & per omnẽ modum explicando ſcientia verſatur. Cætera vero alia ad materiam pertinent, diciq; poſſunt ſubiecta, vel obiecta ſecundaria, vt annotauit Egidius tertia. q. prologi. Subiectũ ſcientiæ. Egidius.

Corol. 2. Secundo colligitur, omnia in ſcientia referri ad tractationem rei ſubiectæ & ſub illius formali ratione conſiderari. Ita in Metaphy, omnia referuntur ad ens, & ſub entitatis ratione omnia ſpectantur, quatenus. ſ. ſunt aut partes entis, aut affectus. Omnia quæ in ſcientia tractãtur referũtur ad cognitionẽ rei ſubiectæ.

Corol. 3. Ex quo tertio conſequitur, vt ſcientia ex re ſubiecta conſequatur cum vnitatem tum diſtinctionem, vt ſcilicet illa dicatur ſcientia vna, quæ in vna aliqua re ſubiecta verſatur, ipſiusq; partes, & affectus expendit: Scientiæ vero diuerſæ dicuntur illæ, quibus diuerſa ſunt ſubiecta propoſita. Etenim ex eodem res quæq; accipit cum indiſtinctionem a ſe, tum diſtinctionem à quouis alio. Conſequitur etiam ſcientia ex re ſubiecta dignitatem, ordinem, ac neceſsitatem. Nanq; illa ſcientia nobilior eſt, atq; præſtantior, cuius ſubiectum eſt nobilius, atq; præſtantius. Illa prior ſub cuius ſubiecto, alterius ſcientiæ ſubiectum continetur. Ita Arithmetica eſt prior Muſica, & Geometria Inſpectrice. Neceſſaria vero ex eo dicitur ſcientia, quia ſubiectũ illius ſub eadem ratione nulli alteri ad tractandum ſubijcitur: ac proinde in ipſa aliquid tractatur, quod ipſum in alijs ſcientijs minime tractatur. Ex quo efficitur vt cum diuerſitate obiecti primarij, & adæquati ſemper ſit coniuncta diuerſitas obiectorum ſecundariorum, non tamen contra: ſiquidem in vnam, eandemq; ſcientiam multa, & valde inter ſe diſsidentia obiecta ſecundaria incurrunt. Scientia conſequitur ex ſubiecto vnitatem & diuerſitatem, dignitatem itidem, ordinem, ac neceſsitatem. Scientia vnde neceſſaria.

Quar-

Corol. 4.

Quarto colligitur, tractari quidem in ſcientijs diuerſa, non tamen quatenus diuerſa, ſed quatenus vna ratione formali cognobilitatis continentur. Hæc porro vna cognobilitatis ratio eſt illa, ſub qua primarium obiectum conſideratur, vt ratio entitatis in Metaphy. ratio naturalitatis, ſiue mobilitatis in phyſica.

Omnia in ſciẽtia ſub vna formali ratione cognobilitatis cõſiderantur.

Corol. 5.

Quinto efficitur, illam rationem ſub qua omnia tractantur in ſcientia, non eſſe neceſſario cauſam eſſendi, aut inhærendi, ſed cauſam cognoſcendi. Nam eſſe generabile, & corruptibile, non eſt cauſa quod aliquid ſit compoſitum ex materia, & forma, imo vero cõtra: eſt tamen cauſa quod de materia, & forma, & de ijs quæ ex forma, & materia tranſmutabili conſtant, in libro de ortu, & interitu rerum ſuſcipiatur diſputatio.

Corol 6.

Poſtremo colligitur, primo & adæquato cuiuſque ſcientiæ ſubiecto, vi, & potentia contineri omnes veritates ſcibiles in illa ſcientia, vt annotauit Scotus 3. q. prologi. id vero ſic oſtenditur. Primo, & adęquato obiecto continetur prima affectio: igitur & primum artis principium. Etenim primum in quaque arte principiũ eſt illa propoſitio, in qua prima affectio prædicatur de ratione formali ſubiecti, quę ipſa eſt cauſa affectionis, cuiuſmodi eſt hæc propoſitio, Animal rationale eſt aptum ad percipiendas diſciplinas: at primũ principiũ ſcientiæ virtute continet omnes illius ſcientiæ veritates: nam principia ſubiecti cũ prima paſsione, ſunt cauſæ omniũ conſequentium paſsionũ: igitur vi, & poteſtate adæquati ſubiecti continentur omnes ad illam ſcientiam per ſe attinentes veritates. Hoc tamen corollarium multis venit in dubiũ, de quo lege Ochamũ 9. q. prologi. Gregorium. q. 4. prol. Alfonſum q. 6. prologi.

Scotus.

In primo & adęquato ſciẽtię obiecto uirtualiter continentur omnes in illa ſcientia ſcibiles veritates.

Ochem 9. Gregori 9. Alfonſus

¶ Quod igitur ad propoſitam quæſtionem pertinet, variæ extant de re Theologiæ ſubiecta doctorum hominum ſententiæ. Nam quibusdam placuit, Deum eſſe ſubiectum theologiæ: alijs vero aliquid aliud a Deo. Ac illi quidem bifariam diuiduntur. Nam alij putauerunt Deum eſſe ſubiectum Theologiæ ſub ratione abſoluta, nempe Deitatis: alij vero ſub ratione attributali, vel reſpectiua. Ac hoc ordine ſingulorum ſententias exponemus.

## DEVS SVB RATIONE Deitatis eſt ſubiectum Theologiæ.

Diuus igitur Thomas. 1. p. q. 1. ar. 7. tradit Deũ ſub ratione Deitatis eſſe ſubiectum Theologiæ, quandoquidem omnia tractentur in Theologia per relationem, ſiue attributionem ad Deitatem, ſiue abſolute, ſiue vt omnium principium, & finem. Nam omnia, quæ in Theologia tractãtur, vel ſunt diuina in ſe, vel ab ipſo Deo profecta, vel ad ipſum tanquam finẽ perducentia. Iam autem quemadmodum illa res dicitur perſe primo obiecta potentiæ, ſub cuius ratione omnia cadunt ſub illam potentiam, ad eundem modum illa res eſt ſubiecta ſcientiæ, ſub cuius ratione omnia in ſcientia tractantur. Ita enim affectum eſt ſubiectum ad ſcientiam, quomodo obiectum ad potentiam.

Thomæ Opinio.

¶ Hoc idem probat Henricus in ſumma ar. 19. q. 1. 2. in hunc modum. Quæ in Theologia tractãtur, per relationem ad ipſum Deum tractantur, vel quia ſunt ipſe Deus, vel quia ſunt à Deo, vel quia dirigunt ad ipſum Deum, vel certe effigiem aliquam Deitatis continent: igitur Deus ſub ratione Deitatis eſt ſacræ Theologiæ ſubiectum.

Henric.

¶ In eadem ſententia eſt Ricardus. 3. q. prol. Nam, inquit, Subiectum ſcientiæ illud dicitur, cuius vis omnis in illa ſcientia explicatur: Atqui vis omnis Deitatis in Theologia explicatur: Deus igitur ſub ratione Deitatis eſt ſubiectum Theologiæ. Minoris probatio. Omnia, quæ in Theologia tractantur, aut pertinent ad diuinæ naturæ, ſiue perfectionis

Ricardus



in ſe

in ſe explicationem, aut ad eiuſdem perfectionis per variam ad extra diffuſionem, declarationem. Nam diuina virtus in rerum procreatione, bonitas in ipſarũ conſeruatione, miſericordia in reſtauratione, iuſtitia vero cum in piorum hominum remuneratione, tum in improborũ, & impiorum damnatione elucet. Hæc autem omnia ſacra Theologia cõplectitur.

## DEVS SVB RATIONE ſpeciali, eaq; attributali, aut reſpectiua eſt ſubiectum Theologiæ.

SVnt, quibus contra viſum ſit, opinantibus Deum eſſe ſubiectum Theologiæ, non quidem ſub ratione Deitatis abſolute, ſed ſub ratione ſpeciali, eaque aut attributali, aut reſpectiua. Egidius igitur. 3. quæſt. prolog. docet Deum eſſe ſubiectum Theologiæ ſub ratione ſpeciali reſpectiua, nempe ſub ratione reſtauratoris, & glorificatoris. Etenim in vniuerſa Theologia Deus conſideratur vt principium noſtræ reſtaurationis, & conſumatio noſtræ glorificationis. Proxima huic doctoris noſtri ſententiæ eſt Durandi opinio. 5. quæſt. prologi, quo loco inquit, Deum ſub ratione ſaluatoris eſſe ſubiectum Theologiæ.

*Egidij opinio.* *Durãdus.*

℄ Scotus. 3. quæſt. prolog. Deum ſubiectum eſſe voluit Theologiæ ſub ratione infinitatis. Namque præſtantiſsimæ ſcientiæ, præſtantiſsima quoque res & ſub ratione præſtantiſsima ſubiecta eſt: cum igitur Theologia ſit ſcientia præſtantiſsima, & Deus ſit res præſtantiſsima, & ratio infinitatis ſit ratio attributalis præſtantiſsima, ſequitur, vt Deus ſub ratione infinitatis, ſit ſubiectum Theologiæ.

*Scoti opinio.*

℄ Alijs placuit Deum ſub ratione boni eſſe ſubiectum Theologiæ, vtpote quia inter rationes attributales ratio boni ſit præſtantiſsima: namque ratio boni finis optimi rationem continet. Hæc ſententia Garronis eſſe dicitur 5. q.

*Garronis opinio.*

℄ Alijs viſum eſt, Deum ſub ratione veri ſumme diligibilis eſſe ſubiectum theologiæ. Nam finis propoſitus vniuerſæ theologicæ tractationi, eſt ipſa ſummi veri, ac ſummi boni dilectio. Argentina 1. q. prologi.

*Argentinæ opinio.*

℄ Dionyſio Chartuſiano. 4. q. prol. viſum eſt, Deum eſſe ſubiectum theologiæ ſub ratione perfecti. Ad id vero aſſerendum hoc eſt argumento adductus: quoniã hac diuina ſcientia diuina perfectio explicatur, non ſolum, qua eſt perfectus in ſe, verum etiam in omni emanatione, ac diffuſione tã ad intra, quam ad extra. Hæc huius authoris ſentẽtia proxime accedit ad ſententiam D. Thomæ, & Ricardi.

*Chartuſiani opinio*

## ALIVD A DEO EST ſubiectum Theologiæ.

SVpereſt vt tertij ordinis ſententias exponamus. Diuus Auguſtinus diuinæ Theologiæ res & ſigna ſubijcit ad tractãdum lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 2. cuius ſententiam ſequitur Magiſter in primo. d. 1. exponens interim ſententiam Auguſtini.

*Auguſtini & Magiſtri opinio.*

℄ Durandus. 5. quæſt. prologi docuit opus meritoriũ eſſe ſubiectũ Theologiæ, quoad illam videlicet partem, qua actiua eſt, & humanarum actionũ regulatiua, tametſi quoad eam partem, qua ſpeculatiua eſt, Deum habeat pro ſubiecto ſub ratione ſaluatoris.

*Durandi opinio.*

℄ Alijs viſum eſt, ſcibile per reuelationẽ, ſiue credibile, eſſe ſubiectum Theologiæ, cui ſententiæ, & opinioni illud obſtat quã maxime, quia ſacra hæc ſcientia explicationem continet, non eorum ſolum, quæ ſupernaturali lumine de Deo cognoſcuntur, ſed eorum etiam, quæ naturali lumine innoteſcunt. Concedimus tamen nihil ſub hanc ſcientiã cadere, niſi ſub ratione credibilis, ſiue reuelabilis, hæc tamen ratio ſe tenet ex parte cognoſcẽtis, nõ ex parte rei cognitæ: iam autẽ ratio rei ſubiectæ non ex cognoſcẽte petenda eſt, ſed ex re cognita.

*Aliorum opinio.*

℄ Prin-

Nominalium opinio.

ℭ Princeps Nominalium Ochamus huic ſanctiſsimæ diſciplinæ non vnam rem ſolum, ſed multas exiſtimauit eſſe ſubiectas. Nam cum ſcientia ſit habitus concluſionis demonſtratione comparatus, fit vt ſubiectum ſcientiæ ſit ſubiectum ipſum concluſionis demonſtratæ, cumque in ſcientia ſint variæ concluſiones, efficitur vt ſint etiam varia ſcientiæ ſubiecta. Ita in theologia ſunt varia ſubiecta pro numero concluſionum.

Cæterũ vt ſint in ſciẽtia varia ſubiecta, reperitur tamẽ in illis ordo quidã aut prædicationis, aut perfectionis, aut communitatis, ſiue adæquationis. Ex quo iam intelligitur ſcientiam non eſſe vnam ſimpliciter, ſed vnam per aggregationem: neque in ſcientia eſſe aliquod vnum ſubiectum primum ſimpliciter, ſed primum aut prædicatione, aut perfectione, aut communitate, ſiue adæquatione. Ita in ſacra Theologia primum perfectione ſubiectum eſt Deus, primum continentia, Chriſtus. Continet enim & diuinam, & humanam naturam, caput & membra, quæ fide, & amore eidem adhæreſcunt. Primum vero communitate, ſiue adæquatione ſubiectum ſunt res, & ſigna, ita omnes opiniones conciliantur. Ocham. & Gabr. 9. q. prologi.

Ocham. Gabriel. Nominalium opinio laudatur.

Hæc Nominalium opinio cum facilis intellectu, tum vindicatu facilima eſt. Etenim cuique diſciplinæ ſemper aliquid vnum eſt propoſitum, quod principem locum obtineat, aut communitatis ambitu, aut perfectionis excellentia, ceu in Metaphy. ens, & ſubſtantia. Illud enim eſt ſubiectum adæquationis, vtpote quia pateat quam latiſsime: hoc vero eſt ſubiectum principalitatis, vtpote quia cæteris partibus entis antecellat.

Authoris opinio.

ℭ Expoſuimus varias de re theologię ſubiecta doctorum hominum ſententias. Nos vero de re propoſita ſic putamus eſſe ſtatuendum. Ratio rei ſubiectæ ſumi poteſt aut ex cognoſcente, aut ex re cognita, ſiue quæ ad cognoſcendum eſt propoſita. Duplex ergo ſtatuitur concluſio. ℭ Prior concluſio. Si ratio ſubiecti ſumitur ex cognoſcente, Deus ſub ratione credibilis, ſiue reuelabilis eſt ſubiectum theologiæ. Etenim diuina reuelabilitas eſt illa ratio, ſub qua omnia tractantur in theologia, eſtque illa ratio, ratio rei ſubiectæ vt obiectum, ſiue vt ſcibile, tenetque ſe ex parte cognoſcentis. 1. Concl.

ℭ Poſterior concluſio. Si ratio ſubiecti ſumitur ex re cognita, ſiue ad cognoſcendum propoſita, Deus ſub ratione Deitatis eſt ſubiectum theologiæ. Omnia ſiquidem in ſacra Theologia tractata referuntur ad perfectionis diuinæ in ſe, & ſecundum ſui diffuſionem, explicationem. Eſtque hæc ratio, ratio rei ſubiectæ vt res eſt. Ita cum diuo Thoma & cum primæ claſsis authoribus ſentimus. 2. Concl.

## REFVTATIO CONCLVS.

HAEc tamen ſententia varie refutatur. Principio oſtenditur, Deum ſub nulla ratione eſſe poſſe ſubiectum theologiæ. Namque eſſe rei ſubiectæ ſupponitur in ſcientia: at in theologia adducitur in quæſtionem, ſit Deus, necne? 1. Argu.

Item, Quid eſt rei ſubiectæ prænoſcitur: at quid eſt Dei prænoſci minime poteſt, cum ſit incomprehenſibile: igitur Deus nullo pacto eſſe poteſt ſubiectum theologiæ. 2. Argu.

Item, in ſcientia partes, & affectus rei ſubiectæ explicantur, & paſsionum, ſiue affectionum cauſæ, quarum interuentu eædem paſsiones in re ſubiecta ineſſe demonſtrantur: at Dei nullæ ſunt partes, nullæ cauſæ, nullæ affectiones: non poteſt igitur Deus eſſe ſubiectum alicuius ſcientiæ. 3. Argu.

Porro Deum ſub ratione Deitatis non eſſe ſubiectum Theologiæ his argumentis oſtenditur. DEVS ſub ratione Deitatis non eſt cognobilis ab aliquo intelle- 4. Argu.

tellectu creato:ergo Deus ſub ratione Dei tatis non eſt ſubiectum theologiæ.Cõſeq. nota eſt:antecedens oſtenditur. Deus ſub ratione Deitatis eſt infinitum ſub ratione infinitatis, nam cum Deus qua Deus eſt ſit infinitus, ſequitur vt ratio Deitatis ſit ratio infinitatis : at infinitum ſub ratione infiniti non eſt cognobile : igitur Deus ſub ratione deitatis non eſt cognobilis ab aliquo intellectu creato. Alfonſus.6.q prologi.Concluſ.4. Alfonſus.

5.Argu. Præterea, ſi Deus ſub ratione deitatis in theologia ſpectaretur,theologia omnia ſcibilia complecteretur, ac proinde cæteræ ſcientiæ redundarent.Conſecutio hinc patet, quoniam Deus quatenus Deus, id eſt,quatenus infinitus cum omnia continet, tum omnia intellectui accomodato, ſiue proportionato conſpiciẽda proponit: At huic ſcientiæ illud attribuitur duntaxat,quo fides ſaluberrima gignitur,& nutritur.Gregor.4.q prol.art.2. Gregori⁹.

6.Argu. Præterea, ſi Deus ſub ratione Deitatis eſſet ſubiectum theologiæ, duo vel maxima incommoda euenirent, nẽpe & quod ſcientia creata æquaretur ſcientiæ increatæ,& quod ab illa ſpecie nõ differret.Id vero ſic oſtenditur. Scientia ex ſubiecto capit cum ambitũ continentiæ tũ ſpeciẽ:igitur illæ ſcientiæ,quibus eadẽ res,& ſub eadem ratione formali ad conſiderandũ eſt propoſita,ſunt & paris ambitus,ac continentiæ, & ſpecie conſentientes, at theologiæ creatæ,& increatæ eſt eadem res ſub eadẽ ratione formali ad ſpectandum propoſita:ſunt igitur & ambitu,& continentia pares,& ſpecie conſentientes. Id quod tamẽ eſt abſurdum.Alfonſ.q 6 prologi.art.2. Alfonſus.

7.Argu. Item,omnia quæ tractantur in ſcientia participant rationem formalem ſubiecti: namq; ſubiectũ ſub ratione formali omnibus attribuitur : at Deus ſub ratione Deitatis non prædicatur de omnibus,quæ in theologia tractantur,vt ſatis conſtat:non enim de effectis Dei prædicatur : igitur Deus ſub ratione Deitatis non eſt ſubiectum theologiæ.

Poſtremo.Omnia, quæ in ſacris literis continentur, videntur referri ad actionẽ vitæ æternæ meritoriã, vt certe aperte intelligi poteſt ex teſtimonio Pauli. 2. Tim. ca.3 Omnis,inquit,doctrina diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,ad corrigendum,ad erudiendũ in iuſtitia,vt perfectus ſit homo Dei, ad opus bonum inſtructus:at bonũ iſtud opus, ad quod ſuſcipiendum hortantur,& inſtruũt literæ ſanctæ,non videtur eſſe aliud, quã opus meritorium:opus igitur vitæ æternę meritorium videtur eſſe ſubiectum theologiæ.¶Suffragatur huic etiam ſententiæ Diui Ioannis.20.cap.authoritas, quo loco ſic ait. Hæc ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus Chriſtus eſt filius Dei, & credentes vitam æternam habeatis in nomine eius. Aperte Ioannes teſtatur theologiam diuinitus inſpiratam ad ſalutem hominũ tanquam finem referri:igitur.&c. Durand.5. quæſt.prologi. 8.Argu. Paulus. Ioan. 20. Durand.

## DILVTIO ARGVMENT.

Ad.1. AD primum reſpondetur,nullam ſcientiam per ſe exquirere,ſit res ſibi ſubiecta,an non:ex accidenti tamen illud inquirere, cum ſcilicet id verſatur in quæſtione,& controuerſia.Fuerunt enim nonnulli,qui vim omnem diuinam è medio ſuſtulerunt,quos diuinus pſaltes in pſalmo commemorat, inquiens, Dixit inſipiens in corde ſuo,non eſt Deus. Pſalm.13.

Ad.2. Ad ſecundũ reſpondetur,quid rei ipſius ſubiecti minime prænoſci,ſed quid nominis ſolum.Iam autẽ quamuis quid eſt ipſius Dei non ſit à nobis cognobile:ſignificatio tamen huius nominis nobis eſt cognita, atque comperta.Nouimus enim Dei nomine ſignificari bonum quiddam ſummũ, quo maius excogitari non poteſt. Quid rei ſubiecti non prænoſcitur, ſed quid nominis ſolum.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur,non eſſe quidem Deitatis cauſas vllas, aut principia vlla in eſſendo:eſſe tamen Deitatis cauſas,ſiue principia in cognoſcendo. Attributales vero rationes dicuntur de Deo per mo-

modum accidentium. Nam ſi ab ipſa diuina eſſentia realiter differrent, omnino diuina eſſentia ad ipſas, ceu cauſa ad affectus ab ipſa manantes ſe haberet. Porro diuinæ perſonæ interſe diſtinctæ, ſunt veluti partes, de quibus tamen ipſa diuina eſſentia vnitate non ſolum rationis, verum etiam reali dicitur.

Deitatis nulle ſunt cauſæ in eſſendo, ſunt tamẽ in cognoſcendo.

Ad 4. Ad quartum reſpondetur, Deum eſſe ſubiectum theologiæ ſub ratione Deitatis, non quidem ſimpliciter, & abſolute, ſed quoad ab intellectu creato attingibilis eſt: attingitur autẽ finite, & inadæquate, pro ratione, & natura creati intellectus. ¶ Vnde infinitũ formaliter in eſſendo, eſt finitum virtualiter, hoc eſt, in mouendo intellectũ, & ipſius actionem terminando. Hoc etiã modo, nẽpe finite, & inadæquate ipſa Dei infinitas cognoſcitur. Alfonſ. 7. q. prologi ar. 2. ¶ Porro ad Ariſt. dicimus, infinitum, quatenus infinitũ non poſſe cognoſci, duobus modis intelligi: vno modo in vniuerſali: altero modo in particulari. Priori modo infinitum quatenus infinitum cognoſci poteſt: hoc ſiquidem nihil eſt aliud, quã ipſam infinitatis rationem cognoſci, Poſteriore vero modo infinitum, non poteſt vllo modo cognoſci, id quod tu intellige, dinumerando, ſiue perſequendo partes ſingulas, alioqui ad extremam partẽ perueniretur, quam nullam habet infinitum, ſecus ſi cognoſcatur adæquando ita vt nihil ipſius lateat cognoſcentem. Ac hoc modo infinitum a ſolo intellectu increato cognoſcitur. Nihil enim multitudinis infinitæ diuinam cognitionem ſubterfugit. Ipſam tamen multitudinem infinitam vt adæquet diuinus intellectus, non tamen pertranſit.

Alfonſus.

Infinitũ quatenus infinitum non poſſe cognoſci, quomodo ſit intelligendum.

Ad 5. Ad quintum reſpondetur, negando ſequelam. Ad probationẽ vero dicimus habitũ cõſequi quãtitatẽ perfectionis ex perfectione rei cognitæ, nõ quidẽ ſimpliciter, hoc eſt, quantum cognobilis eſt, ſed quadam proportione, hoc eſt, prout eſt ab intellectu attingibilis. Quocirca ſi obiectum infinitum infinite cognoſcitur, cognitio erit infinita, ſin vero finite, finita quoque erit cognitio. Deus igitur quamuis ſit infinitus, quia tamen finite attingitur ab intellectu creato, efficitur vt illa cognitio, & illa ſcientia ſit finita, non ſolum in eſſendo, verum etiam in attingendo: attingit enim obiecta finita. Ex quo efficitur, vt non omnia ſcibilia, ſed certa quædam complectatur.

Theologia noſtra eſt finita non ſolũ in eſſendo ſed etiam in attingẽdo.

Ad 6. Ad ſextũ negatur illa incõmoda conſequi. Nam etſi Deus ſub ratione Deitatis ſit tam noſtræ, quã Dei theologiæ ad cognoſcendũ propoſitus: non tamen eodẽ modo. Nã theologiæ increatæ eſt propoſitus ſub ratione Deitatis abſolute, & ſimpliciter, hoc eſt, quantũ cognobilis eſt: creatæ vero ſecundũ proportionem ad intellectũ creatum. Ex quo efficitur vt non ſit eadẽ omnino ratio obiecti in vtraque ſcientia.

Ad 7. Ad ſeptimum reſpondetur, Deũ ſub ratione Deitatis dici de omnibus in hac ſciẽtia tractatis, ſiue in recto caſu, ſiue in obliquo. Sunt ſiquidẽ omnia, quæ in theologia tractantur, aut Deus ipſe, aut aliquid Dei.

Hinc iam patet reſponſio ad octauum. Omnia ſiquidem alia a Deo, qui eſt primarium huius ſcientiæ obiectum, tractantur per relationẽ ad ipſum, vel quia ſunt effecta Dei, vel quia ad ipſum Deum tanquam finem vltimum nos ducunt. De opere igitur meritorio ſermo eſt in ſacra theologia non tanquam de obiecto primario, ſed tanquam de obiecto ſecundario ducente ad obiectum primarium tanquã ad finem. ¶ Dici etiam poteſt non incommode, opus meritoriũ eſſe obiectum theologiæ ex ea ſolum parte, qua actionẽ hominis informat, ſimpliciter tamen finis ſacræ theologiæ propoſitus eſt diuinæ perfectionis cognitio: ac proinde Deus ſub ratione Deitatis, prout eſt ab humano intellectu attingibilis, eſt ſacræ theologiæ vere, & proprie ſubiectum. Hæc porro ratio Deitatis præſtantior eſt, quam ratio infinitatis, illa ſiquidem eſt huius, & omniũ aliarum perfectionum attributalium radix, & fundamentum.

Theologia eſt de opere meritorio, tãquam de obiecto ſecundario ducente ad obiectum primarium.

Ratio deitatis eſt radix, et fũdamentũ diuinę infinitatis, & omniũ aliarũ attributaliũ perfectionum.

# DE VNITATE THEOLOGIAE.

## Quæſtio quinta.

EST A NOBIS hactenus excuſſum, eſſetnè theologia in ſciẽtijs, & quæ nam eſſet eidem primum, & per ſe res ſubiecta. Reliquę ſunt illæ quæſtiones ad qualitatem huius ſcientiæ pertinentes, nempe an ſit vna ſcientia, aut multæ potius? An ſit practica, aut ſpeculatiua? An ſit alcui alteri ſubalternata? Vtrum ſpecialis, an potius communis ſcientia? Vtrum denique neceſſaria? Principio igitur quæritur.

### ¶ *Vtrum ſacra Theologia ſit vna ſcientia?*

In ſcientia tria reperiũtur, lumen, obiectũ, medium.

PRo explicatione igitur quæſtionis illud eſt initio annotandum in ſcientia tria reperiri, nempe lumen, obiectum, & medium. Lumen eſt illud in quo immediate cernuntur principia: mediate vero concluſiones, quæ ex principijs deducuntur. Obiectum eſt illud quod primum, per ſe, & per omnem modum in ſcientia ſpectatur. Medium vero eſt illud per quod cognoſcitur obiectum. Subijciuntur ergo nonnullæ concluſiones.

1. Concl.

Lumen nõ tribuit vnitatem, aut diuerſitatẽ ſciẽtijs.

Prima concluſio. Vnitas & diuerſitas in ſcientijs non ſumitur ex lumine. Probatio. Illud non tribuit vnitatem, aut diuerſitatem ſcientijs, in quo omnes ſcientiæ conſpirant: atqui in lumine omnes ſciẽtiæ conſpirant, naturales quidem in lumine naturali, ex quo cognobilitate conſequũtur naturaliũ artiũ principia: ſupernaturales vero in lumine ſupernaturali, in quo innoteſcunt ſupernaturalia obiecta: non igitur lumen vnitatem, aut diuerſitatem tribuit ſcientijs.

2. Concl.

Secunda concluſio. Vnitas, & diuerſitas ſcientiarum non conſiſtit in vnitate, ac diuerſitate obiecti materialis: alioqui & multæ ſcientiæ in eandem ſcientiã incurrerent, & eadem ſcientia a ſeipſa diuerſa eſſet. Nam & idem materiale obiectum eſt multis ſcientijs ad conſiderandum propoſitum, & in eadem ſcientia, multa, eaque diuerſa reperiuntur materialia obiecta.

Scientiæ non accipiunt vnitatem, aut diuerſitatem ex obiecto materiali.

3. Conclu.

Tertia concluſio. Vnitas, & diuerſitas ſcientiæ poſita eſt in vnitate, aut diuerſitate obiecti primarij, ſub ratione formali, hoc eſt, quatenus tale eſt. Etenim omnis cum vnitas, tum diuerſitas ſumitur ex forma: igitur vnitas, & diuerſitas in ſcientijs ſumatur oportet ex formali ratione rei ſubiectæ, ſiue obiecti. Eſt autem ratio formalis rei ſubiectæ, ſiue obiecti ea, ſub qua illud obiectum cadit ſub ſcientiam, & ſub qua rei ſubiectæ cognitio potiſsimũ quæritur, & expetitur. Ita phyſice differt a Geometria. Nam quanuis vtraque ſcientia lineam ſpectat, non tamen eodem modo. Nam phyſice lineam ſpectat, quatenus eſt corporis naturalis terminus: at Geometria quatenus linea eſt. Metaphyſice etiã a cæteris ſcientijs ſecernitur, non quidem obiecto materiali ſimpliciter, ſed obiecto materiali ſub ratione formali. Sola enim Metaphyſica ſpectat ens ſub ratione entis.

Scientiæ capiũt vnitatem & diuerſitatẽ ex vnitate, ac diuerſitate obiecti primarij, ſub ratione formali.

4. Concl.

Quarta concluſio. Vnitas, & diuerſitas in ſcientijs ortum habet: cum ex vnitate, ſiue diuerſitate mediorum, ſiue principiorum: tum ex vnitate, ac diuerſitate rationum formalium cognoſcendi. ¶ Pro quo notandum eſt, duplicem eſſe rationẽ formalem obiectiuam: vnã quæ ad cognoſcentem, alteram vero quæ ad rem cognitam pertinet. Prior illa ratio dicitur ratio formalis obiecti, prout obiectum eſt: hæc vero poſterior dicitur ratio formalis obiecti, prout res eſt. Item prior illa ratio, dicitur ratio per quam, hoc eſt, per quam omnia in ſcientia cognoſcuntur: hæc vero poſterior, ratio ſub qua nominatur, hoc eſt, ſub qua ſubiectum ſcientiæ ſpectatur. Ita in Theologia, ratio ſub qua omnia in theo-

Duplex eſt ratio formalis obiectiua.

Ratio per quam.

Ratio ſub qua.

theologia ſpectantur, eſt Deitas: ratio vero per quam omnia cognoſcuntur, eſt diuina reuelatio, ſiue teſtificatio. ¶ His poſitis iã probatur concluſionis quartæ pars prior. Hoc intereſt inter potentiam cognitiuam, & habitũ ipſam eandẽ perficientem, quoniam potentia naturalis rem ſibi propoſitã, & obiectam ſimpliciter attingit: habitus vero hoc vel illo modo. Vnde habitus naturalem potentiam perficit. Ex quo iam efficitur, vt vnitas, & diuerſitas habituum ortum habeat ex vnitate, aut diuerſitate modi, ſiue rationis attingendi rem obiectã ac proinde illi habitus ſunt ijdem, qui ſub eodem medio res propoſitas attingunt, illi diuerſi, qui ſub diuerſis medijs. Ita fit vt ſcientia differat ab opinione. Nam ſcientia attingit rem propoſitam ſub ratione medij neceſſarij: opinio vero ſub ratione medij contingẽtis. ¶ Poſterior vero eiuſdẽ concluſionis pars ex eo patet, quia omnis cum vnitas, tum diuerſitas ſumitur ex forma: igitur vnitas aut diuerſitas ſcientiarum ſumitur ex vnitate, aut diuerſitate rationum formalium obiectiuarũ, ſiue ad cognoſcentem, ſiue ad rem cognitam pertineant.

Dur.4.q. prologi.

Scientiæ capiũt vnitatẽ aut diuerſitatem ex vnitate, aut diuerſitate rationũ formaliũ obiectiuarum.

5.Concl.

Quinta concluſio. Illa eſt ſcientia vna, quæ eſt vnius formalitur obiecti perſe primo: cæterorum vero perſe ſecundo, idque per eadem principia. Hæc concluſio eſt Ariſt. 1. poſt. cap. 23. Sunt autem illa principia eadem, quæ ad idem genus ſubiectum pertinẽt, ceu Geometricum, Phyſicum, Metaphyſicum. Hanc concluſionem viri doctiſsimi comprobauerunt: D. Thomas. 1. p.q.1.ar.3. item 12.q.54.ar.2. Egidius.q.6. prolo. Scot.1.q. prolo. Heru.q.5. Dur.q.4. Greg. 3.q. prologi.

Thomas. Egidius. Scotus. Durand. Herueus. Gregorius

6. Concl.

Hinc iam ſexta conficitur concluſio, quæſito reſponſiua. Sacra Theologia eſt vna ſciẽtia, cum vnitate medij, & formalis rationis cognoſcendi, quæ eſt diuina reuelatio, ſub cuius ratione omnia in Theologia ſpectantur: tum vnitate rei ſubiectæ perſe primo, ac formaliter ſpectatæ, quæ eſt Deus ſub ratione deitatis, ad quem omnia referuntur, vel vt effecta, vel vt ad ipſum perducẽtia, vel quouis alio modo ad ipſum attineant, quæ ipſa ſunt in obiectis ſecundarijs.

Theologia eſt ſciẽtia vna.

¶ Nominum ſtudioſi exiſtimantes ſcientiæ vnitatem, non eſſe vnitatem ſimpliciter, ſed vnitatem aggregationis, ſiue ordinis, ſiue attributionis ad vnum aliquod primum: primum inquã, aut perfectione, aut continẽtia, aut communitate, theologiam ſcientiam eſſe vnam dicunt, non quidem vnitate rei ſubiectæ, perſe primũ ſpectatæ, neque vnitate rationis formalis cognoſcendi, ſed vnam vnitate ordinis, & aggregationis. Addunt etiam vnitatem principiorum, quæ ſunt ſacri Cannonis teſtimonia.

Nominalium opinio.

Ocham.q. 9.prologi

## REFVTATIO CONCLVS.

1.Argum.

Tertia concluſio his argumentis refutatur. Si vnitas ſciẽtiæ ortũ habet ex vnitate obiecti primarij ſub ratione formali, illa vnitas ſit oportet aut vnitas ſpecifica, aut vnitas generis, ſubalterni, aut generis generaliſsimi, aut entis. Nõ ſpecifica ita enim fieret, vt tot eſſent ſcientiæ, quot ſunt ſpecies indiuiduæ: non generis ſubalterni: ſic enim fieret, vt ſcientiarũ numerus generum ſubalternorum numero reſponderet. Neque itidem generis generaliſsimi. Sic enim fieret, vt decem duntaxat eſſent genera ſcientiarum, quemadmodũ decem ſunt genera generaliſsima. Poſtremo, neque hæc vnitas eſt vnitas entis. Ita enim eueniret, vt vna ſolum eſſet ſcientia, præſertim ſi ens eſſet vnius rationis. Non igitur ſcientia capit vnitatem ex rei ſubiectæ vnitate.

2. Arug.

Præterea, ita affecta eſt ſcientia ad rem ſibi ſubiectam, quemadmodũ potentia naturalis ad rem ſibi obiectam: at duæ & diuerſę potentiæ ſub eadem ratione formali eandem rem materialiter obiectam attingunt: etenim ſenſus communis, & ſenſus viſus colorem attingunt ſub ratione coloris: igitur ſi duo habitus ſub eadem ratione

tione formali poſſunt in eadem re ſubiecta verſari.

3. Argu. Tertio, multo magis ſcientia ab opinione, quam ſcientia differt à ſcientia: Sed ſcientia, & opinio circa eãdem rẽ ſubiectã ſub eadẽ ratione formali verſantur: nam de linea ſub ratione lineæ cum ſcientia haberi poteſt, tũ opinio: igitur & duabus ſciẽtijs eadem res ſub eadem ratione formali ſubiecta eſſe poteſt, ac proinde vnitas ſcientiæ non exiſtit ex vnitate rei ſubiectæ ſub ratione formali.

4. Argu. Poſtremo, res cum ſubiecto, tum ratione eadem poteſt ſub diuerſas ſcientas cadere propter diuerſitatem paſsionum: etenim hæ duæ concluſiones, Homo eſt riſibilis, Homo eſt ad percipiendam beatitudinem idoneus, quæ duæ propoſitiones ſubiecto conueniunt, ad diuerſas ſcientias pertinẽt: non igitur ex vnitate rei ſubiectæ ortum habet vnitas ſcientiæ.

Arg. 5. ¶ Porro contra quartam concluſionem ſic arguitur, Omnes ſcientiæ eadem cognoſcendi ratione conueniunt: igitur vnitas, aut diuerſas ſcientiarum non habet ortum ex vnitate, aut diuerſitate mediorum, ſiue rationum formalium cognoſcendi. Antecedens patet, quia quemadmodum omnes opiniones ex medio contingenti, & probabili, ſic etiã omnes ſcientiæ ex medio neceſſario oſtendunt res ſibi ad docendũ propoſitas.

## DILVTIO ARGVMENT.

Ad 1. AD primum. Sunt qui exiſtiment, vnitatem ſcientiæ, eſſe vnitatem perſe ordinis, & attributionis ad vnum, cuius cognitio potiſsimum in ſcientia expetitur. Ex quo ſequitur, quod etſi ſubiectum ſcientiæ ſit vnum, aut genere, aut ſpecie, non tamen iam inde fit, vt ſint multæ ſcientiæ pro numero generum, aut ſpecierum: ſiquidem illa multa, quæ genere, aut ſpecie differunt, ad eandem rem ſubiectam referri poſſunt. Ita diuina, & humana, quæ in theologia tractantur, ad Deum referũtur, vel vt Deo interne conuenientia, vel vt ipſius effecta, vel tandem vt ad Deum ducentia. Hæc eſt ſententia Alfonſi. 9. q prologi. Alfonſus.

¶ Nob s placet vnitatem ſcientiæ ſumi cũ ex ratione formali obiecti, vt obiectum, tum ex ratione formali obiecti vt res, quã vtranque rationem participãt omnia, quæ ſub ſcientiam cadunt: alioqui partes rei ſubiectæ ad eandem ſcintiam minime pertinerent, ſed ſuæ cuiuſque partis eſſet ſcientia, ceu Iſochelis, & ſcalenonis. Hæc porro ratio formalis obiectiua dans ſcientiæ vnitatẽ eſt vna vnitate ſpecifica, non quidem in genere entis: nam mobilitas, ſiue naturalitas, quæ eſt ratio formalis obiecti vt rẽs ipſius Phyſicæ, de multis ſpecie differẽtibus prædicatur, ſed in genere cognobilitatis. Eſt ſiquidem vna cognibilitatis ratio ſub qua omnia in ſcientia ſpectantur, quam rationem multæ & ſpecie, & genere differentia participant, idque vel in recto, vel in obliquo. Ita quanuis ſubiectum ſcientiæ ſit vnum aut genere, aut ſpecie, non iam inde conſequitur, vt ſint multæ ſcientiæ pro numero generum, aut ſpecierum, ſiquidem illa multa rationem illam participant in recto, aut in obliquo. Omnia igitur tam diuina, quam humana, quæq; ſub actionẽ, & cõtemplationem cadunt, rationem deitatis participant, aut quia Deo eſſentialiter conueniunt aut quia ſunt effecta Dei, aut quia ad ipſum dirigunt. Caiet. 1. p q. 1. art 3.

Vnitas ſcientiæ ſumitur cũ ex ratione formali obiecti vt obiectũ, tum ex ratione formali obiecti vt res, quæ ratio eſt vna vnitate ſpecifica.

Ad 2. Ad ſecundum reſpondetur, negãdo minorem. Nam quanuis ſuperior, & inferior potentia idem obiectum materiale attingant, non tamen ſub eadem ratione formali obiectiua. Cæterum quia obiectum adæquatum ſenſus eſt ſenſibile, hinc efficitur, vt et ſenſus communis obiecta cæterorum ſenſuum attingat ſub ratione ſenſibilitatis, & quod ratio formalis obiectiua cuiuſque ſenſus particularis contineatur ſub adæquata, ac perſe primo ratione obiectiua ſenſus communis.

Ad 3. Ad tertium reſpondetur, ſcientiam, & opinionem circa eadem rẽ ſubiectam ſub eadem ratione formali verſari, ſumpta ex re ſubiecta, veluti circa lineam ſub ratione

lineæ,